# LEXICON GRAECOLATINUM NOUUM JN QUO EX PRIMITIUORUM...

Johann Scapula, Jakob Zwinger

# LEXICON GRÆCOLATINUM NOVUM

*IN QVO EX PRIMITIVORVM ET simplicium fontibus* DERIVATA *atque* COMPOSITA *Ordine non minùs Naturali, quàm Alphabetico, breuiter & dilucidè deducuntur.*

IOANNIS SCAPVLÆ

*OPERA ET STVDIO.*

EDITIO VLTIMA, PRIORI locupletior & correctior:

*Cum Auctario.*

Dialectorum omnium à IACOBO ZVINGERO Phil. à Med. Basil. in expeditas succinctásque tabulas compendiosè redactarum.





*GENEVÆ,*

Excudebat Philippus Albertus.

*M. DC. XXVIII.*

# AMPLISSIMIS AC MAGNIFICIS VIRIS CONSVLIBVS ET SENATORIBVS INCLYTÆ BERNATVM REIPVBLICÆ,

Dominis suis plurimùm obseruandis.

NON vos latet, Viri Amplissimi, tuendæ pietati, sine qua nullum regnum, nulla respub. diu stare potest, pernecessariam esse legitimam puerorum institutionem, siquidem iam inde ab initio, quum vos Deus optimus maximus ex densa errorum & superstitionum caligine ad apertam verbi sui lucem euocare dignatus est, scholas erexistis, Bernæ potissimùm & Lausannæ, quibus omni pietatis & eruditionis laude insignes viros hinc inde accitos præfecistis. Quinetiam studiosos vndecunque aduenerint in vestram tutelam susceptos, summa benignitate complexi estis, pauperiores verò non exiguo numero si modò bonæ indolis speciem præ se ferrent, idoneis stipendiis ad literarum studia inuitastis. Quod vt summa animi alacritate à vobis institutum fuit, ita etiam in eo non minori constantia persistitis: quippe qui dirutis ac solo æquatis veteribus ædificiis, quæ vestris scholis

inseruierant, noua vestro splendore digna, Bernæ extruxeritis, atque etiamnum Lausannæ extruatis, nullísque sumptibus parcatis, vt & Musæ & Musarum cultores vtrobique commoda aptáq; habeant domicilia, vnde colligunt ij quib. ex præteriti temporis recordatione nota perspectáque est vestra in literarum studiosos munificentia, nihil à vobis prætermissum iri, vt vestræ illæ Academiæ viris pietate omníque eruditionis genere præstantibus abundent, in eísque tum diuinarum tum humanarum literarum scientia accuratiùs quàm antea vnquam tradatur. Ad quod efficiendum præter gloriam immortalem, quam vestræ illæ scholæ vobis pepererunt, & cumulatiorem in dies reddituræ sunt, non parum animos vestros accendere atq; inflammare debet fructus longè vberrimus, quem ad vos vestrámq; regionem, necnon ad alios longo locorum interuallo à vobis dissitos dimanasse non ignoratis. Nam si agricolæ tantum laboris, operæ & diligentiæ iis agris, aut arboribus excolendis impendere consueuerunt, ex quibus fructum aliquem se percepturos sperant, quid in re tam fructuosa fieri decet? Ex iis certè qui partim in vestra ditione, partim apud exteras nationes rerum publicarum ecclesiarúmve gubernacula tenent, permultos esse constat, qui non aliunde quàm ex vestris illis gymnasiis, tanquam ex equo Troiano prodierũt. Nec dubium est, si sincerioris doctrinæ, optimarúmque artium atque linguarum studia vestro fauore complecti, vestra autoritate tueri, vestris opib. iuuare & ornare

inde-

indefeſſis animis perrexeritis, quin multò plures multóq; doctiores in poſterum prodituri ſint. Quæ res patriæ ornamento, Eccleſiæ emolumẽto, Deoq; in primis honori cedet. Enimuerò ſi in me vel tantillum eſt eruditionis (quod planè ſentio quàm ſit exiguum) id veſtro beneficio me conſecutum eſſe profiteor. In veſtra enim Lauſannenſi ſchola à pueris ſum educatus, illic me veſtra liberalitate aliquandiu iuuiſtis, ſtudiáq; mea promouiſtis, illic primùm me ad publicam functionem euocatum veſtro præſidio fouiſtis. Quum igitur ſtudiorum meorum fructum vobis acceptum ferre meritò debeam, nec pro veſtrorum in me beneficiorum magnitudine gratiam referre valeam, nemo opinor erit qui audaciæ aut temeritati vertat, ſi hunc primum fœtũ, qui & apud vos natus eſt, & cuius abſoluendi cauſa me à mea prouincia tandiu feriari permiſiſtis, quandiu neceſſitas poſtulauit, vobis nuncupem dedicémque: vt meæ erga vos obſeruantiæ & gratitudinis teſtimonium apud omnes extet, meóque exemplo veluti claſſico, complures alios, non minus vobis deuinctos, ad eandem gratitudinis ſignificationem excitem. Eum vt pro veſtra humanitate & in literarum ſtudia amore æqui boníq; conſulatis, etiam atque etiam obſecro: ídque futurum mihi perſuadeo, ſi eum iuuentuti, cùm alibi, tum in veſtris ſcholis (in quarum potiſſimum gratiam ſuſceptus editúſque eſt) literis Græcis operam danti prodeſſe intellexeritis. Nam ſi parentibus accepti ſunt qui liberorum vtilitati conſulere nituntur, minimè ve-

reor quin hic meus conatus veſtræ amplitudini gratus futurus ſit: quum hoc vnum ſpectauerim, vt veſtris ſcholis aliquid vtilitatis afferrem, quas non ſecus ac liberos veſtros ſingulari beneuolentia complectimini. Et quemadmodum in auguſto ædificio ſtruendo, qui minutis lapidibus, terræ, arenæ, & aliis id genus importandis manum admouent, opus cum præcipuis illius architectis promouere dicuntur: ita huic veſtro tam præclaro cœpto, quo adoleſcentum ſtudia iuuare magis magíſque cogitatis, hanc meam qualemcunque operam quaſi ſymbolam nonnihil ſubſidij allaturam eſſe exiſtimaui, donec maiora præſtare mihi concedatur.

Deus opt. max. veſtræ Reipub. ſtatum quàm diutiſſimè incolumem ſua virtute tueri & conſeruare, veſtráque conſilia ſuo ſpiritu gubernare dignetur: vt veſtro præſidio pietas ſarta tecta vigeat, literarum ſtudia floreant, omnia denique tum publicè tum priuatim vobis feliciſſimè ſuccedant. Baſileæ octauo Kalend. Decemb. M. D. LXXIX. quo anno Bernenſi ſcholæ coronide impoſita, Lauſannenſis gymnaſij fundamenta iacta ſunt. Quod fauſtum felíxque eſſe velit præpotens rerum omnium opifex & moderator Deus.

* *
*

*Veſtræ Amplitudini addictiſſimus*

IOANNES SCAPVLA.

# LECTORIBVS GRÆCÆ LINGVÆ STVDIOSIS S. D.

DVABVS potissimùm de causis, vt mihi quidem videtur, plerique Græcarum literarum studium aspernantur, aut certè segnius amplectuntur. Vna est, quòd earum præstantiam & vtilitatem non satis perspectam habeant. Verissimè enim cecinit poëta, *—ignoti nulla cupido.* Quum autem earum laudes à multis decantatæ circumferantur, hoc vnum dicam quod omnino persuasum esse debet, absque Græcæ linguæ peritia saltem mediocri doctum haberi posse neminem, quantamcunque in aliis rebus eruditionem fuerit consecutus. Nulla enim est ars, nulla scientia, quæ illius adminiculo carere possit. Altera est, quòd Græca lingua permultis longa, salebrosa, ac difficilis ad discẽdum videatur. Nam quum vitæ huius curriculum Deus opt. max. breuissimis terminis circumscripserit, facilè ab earum rerum studio absterrentur adolescentes, quas non nisi multo labore longoque temporis interuallo percipi posse arbitrantur: vt ad ea, quæ minus difficultatis præ se ferunt, minúsque temporis requirunt, animum adiiciant. Hinc illa liberalium artium & disciplinarum compendia emanârunt, quæ studiosis non solùm vtilia, sed etiam necessaria esse docti semper iudicârunt. Quum igitur prolixitatis prætextu multorum adolescentum animos, ab huius linguæ tam eximiæ, tam vtilis, nam necessariæ studio, deterritos fuisse atque etiamnum deterreri constet: operæprecium me facturum existimaui, si eam (contra vulgarem illorum opinionem à quibus immensa atque inexhausta esse prædicatur) tum breuem tum facilem esse demonstrare conarer. Ad quod efficiendum, quum nulla compendiosior neque expeditior via occurrisset, omnes eiusdem originis voces, quæ in superioribus Lexicis alphabetico ordine scriptis sparsim leguntur, in vnum veluti fasciculum congessi: primariæ tanquam basi ac radici cæterarum primum locum assignaui: huic reliquas inde ortas primò simplices, deinde compositas certo ordine digestas subiunxi. Hoc enim pacto futurum speraui, non solùm vt singulis (quæ tanquam membra hinc inde dispersa atque dissipata cernebantur) suo loco collocatis, integrum corpus representaretur, quod vno intuitu cerni posset, sed etiam vt primitiuorum, in quibus intelligendis omnis aut certè præcipua versatur difficultas, exiguum esse numerum cuiuis pateret. Primitiuorum enim propria & natiua significatione cognita, deriuatorum quantocunque fuerint numero significationes assequi quàm non sit difficile, nemo ignorat: siquidem deriuata suorum primitiuorum vim sequi, composita suorum sim-

reor quin hic meus conatus veſtræ amplitudini gratus futurus ſit: quum hoc vnum ſpectauerim, vt veſtris ſcholis aliquid vtilitatis afferrem, quas non ſecus ac liberos veſtros ſingulari beneuolentia complectimini. Et quemadmodum in auguſto ædificio ſtruendo, qui minutis lapidibus, terræ, arenæ, & aliis id genus importandis manum admouent, opus cum præcipuis illius architectis promouere dicuntur: ita huic veſtro tam præclaro cœpto, quo adoleſcentum ſtudia iuuare magis magíſque cogitatis, hanc meam qualemcunque operam quaſi ſymbolam nonnihil ſubſidij allaturam eſſe exiſtimaui, donec maiora præſtare mihi concedatur.

Deus opt. max. veſtræ Reipub. ſtatum quàm diutiſſimè incolumem ſua virtute tueri & conſeruare, veſtráque conſilia ſuo ſpiritu gubernare dignetur: vt veſtro præſidio pietas ſarta tecta vigeat, literarum ſtudia floreant, omnia denique tum publicè tum priuatim vobis feliciſſimè ſuccedant. Baſileæ octauo Kalend. Decemb. M. D. LXXIX. quo anno Bernenſi ſcholæ coronide impoſita, Lauſannenſis gymnaſij fundamenta iacta ſunt. Quod fauſtum felíxque eſſe velit præpotens rerum omnium opifex & moderator Deus.

* * *

*Veſtræ Amplitudini addictiſſimus*

IOANNES SCAPVLA.

# LECTORIBVS GRÆCÆ LINGVÆ STVDIOSIS S. D.

DVABVS potiſſimùm de cauſis, vt mihi quidem videtur, plerique Græcarum literarum ſtudium aſpernantur, aut certè ſegnius amplectuntur. Vna eſt, quòd earum præſtantiam & vtilitatem non ſatis perſpectam habeant. Veriſſimè enim cecinit poëta, *—ignoti nulla cupido.* Quum autem earum laudes à multis decantatæ circumferantur, hoc vnum dicam quod omnino perſuaſum eſſe debet, abſque Græcæ linguæ peritia ſaltem mediocri doctum haberi poſſe neminem, quantamcunque in aliis rebus eruditionem fuerit conſecutus. Nulla enim eſt ars, nulla ſcientia, quæ illius adminiculo carere poſſit. Altera eſt, quòd Græca lingua permultis longa, ſalebroſa, ac difficilis ad diſcẽdum videatur. Nam quum vitæ huius curriculum Deus opt. max. breuiſſimis terminis circumſcripſerit, facilè ab earum rerum ſtudio abſterrentur adoleſcentes, quas non niſi multo labore longoque temporis interuallo percipi poſſe arbitrantur: vt ad ea, quæ minus difficultatis præ ſe ferunt, minúſque temporis requirunt, animum adiiciant. Hinc illa liberalium artium & diſciplinarum compendia emanârunt, quæ ſtudioſis non ſolùm vtilia, ſed etiam neceſſaria eſſe docti ſemper iudicârunt. Quum igitur prolixitatis prætextu multorum adoleſcentum animos, ab huius linguæ tam eximiæ, tam vtilis, nam neceſſariæ ſtudio, deterritos fuiſſe atque etiamnum deterreri conſtet: operæprecium me facturum exiſtimaui, ſi eam (contra vulgarem illorum opinionem à quibus immenſa atque inexhauſta eſſe prædicatur) tum breuem tum facilem eſſe demonſtrare conarer. Ad quod efficiendum, quum nulla compendioſior neque expeditior via occurriſſet, omnes eiuſdem originis voces, quæ in ſuperioribus Lexicis alphabetico ordine ſcriptis ſparſim leguntur, in vnum veluti faſciculum congeſſi: primariæ tanquam baſi ac radici cæterarum primum locum aſſignaui: huic reliquas inde ortas primò ſimplices, deinde compoſitas certo ordine digeſtas ſubiunxi. Hoc enim pacto futurum ſperaui, non ſolùm vt ſingulis (quæ tanquam membra hinc inde diſperſa atque diſſipata cernebantur) ſuo loco collocatis, integrum corpus repreſentaretur, quod vno intuitu cerni poſſet, ſed etiam vt primitiuorum, in quibus intelligendis omnis aut certè præcipua verſatur difficultas, exiguum eſſe numerum cuiuis pateret. Primitiuorum enim propria & natiua ſignificatione cognita, deriuatorum quantocunque fuerint numero ſignificationes aſſequi quàm non ſit difficile, nemo ignorat: ſiquidem deriuata ſuorum primitiuorum vim ſequi, compoſita ſuorum ſim-

plicium significationem retinere solent: non secus ac liberi parentum ex quibus progeniti sunt, ingenium referre, riui fontium ex quibus scaturiunt, proprietatem resipere, surculi stirpium, & radicum ex quibus pullulant, naturam seruare consueuerunt. Singula autem ad suum primitiuum ita reuocaui, vt interim quæ remotiori ratione ab eo deducuntur, illic indicata tantùm sua serie tractanda reseruauerim. Nam quum ex his plurima multiplicem ac diuersam sortiantur originem, sæpenumero dubium incertúmque est quò potius referri debeant. Varia enim sunt hominum iudicia, verissimúmque illud est, quod vulgò iactari solet, quot capita, tot sententiæ: adeóque quotidiana experientia testatur tam varium & mutabile esse vnius eiusdémque hominis iudicium vt quod modò probârit, idipsum mox improbet, & contrà. Multa etiam sunt quorum etymon licet vnicum afferatur, ab aliis recipitur, ab aliis verò repudiatur. malui autem suum cuique iudicium liberum relinquere, quàm audaciùs quidquam pronunciare. Etyma verò ex optimis quibusque scriptoribus desumpta adscripsi, non quidem quæcunque inueniri potuerunt (quum ex iis non pauca sine dubio sint futilia & ridicula) sed quæ rationi magis consentanea visa sunt: cuiusmodi etiam nonnulla adieci, de quibus penes alios erit iudicium. Qua in re eò audacior fui, quòd pleraque ex iis quæ à me profecta esse putabam, ab aliis iam annotata postea animaduerterim. Enimuerò idem nobis faciendum arbitror, quod antiquos illos Platonem, Aristotelem, Plutarchum, & alios clarissimos viros fecisse videmus, qui vocum origines diligenter inuestigârunt, & ex nominis notatione veritatem rerum scrutati sunt. Refert A. Gellius Labeonem Antistium Latinarum vocum origines rationésque percalluisse, eáque scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vsum fuisse. At quisquis Græcarum dictionum origines rationésq; percalluerit, haud dubiè ea scientia instructus plerosque nodos, qui apud probatos autores passim occurrunt, enodabit: errores plurimos præsertim ex cacographia natos emendabit: de propria cuiusque vocis significatione rectè iudicabit. Quamuis autem illi plurima etyma solerter excogitata tradiderint, minimè tamen dubium est, quin multa posteris inuestiganda reliquerint.

Primam sedem interdum nomini, interdum verbo minus scrupulosè assignaui: sequutus ordinem qui mihi in quaque classe visus est commodior & facilior.

Nonnunquam deriuata in duas pluréſve classes pro diuersa primitiui significatione distinxi: vbi tamen obseruandum est vnum idémq; deriuatum aliquando vt singulis classibus adscribi, prout ad diuersas significationes extenditur: vt videre licet in Ἀγορὰ, in Ἄγος, in Αἰτία, in Ἅλς, in Ἅπτω, in Ἀρχὴ, in Κῆδος, in Κλείω, & aliis nonnullis.

Composita à suis simplicibus seiuncta iuxta seriem alphabeti collocaui, eáque pro variis formis in varias itidem classes distribui.

Inter composita ea tantùm adscribere placuit in quibus primitiuum, cuius tractatio præcessit, vltimum locum occupat, ne eadem sæpius iterarentur.

Multa superflua, multa νόθα καὶ κίβδηλα, quæ Lexicis perperam intrusa sunt, rescidi: & peregrina & barbara non pauca, (qualia sunt Hebraica aut Syriaca ἀδὰρ, ἀῤῥαβὼν, γέεννα, πάσχα, σίκερα, σίκλος, σάββατον, σάτον: item Latina, vt ἀρτεμὼν artemo, ἀσσάριον assarius, ἄλιξ alica, δήκοκτα decocta, δηνάριον denarium, δικτάτωρ dictator, ἔγεστα egesta, εἰδοῖ idus, ἰοῦστος iustus, κάγκελος cancellus, κεντυρίων centurio, κῆνσος census, κοδράντης quadrans, κολωνία colonia, κουστωδία custodia, λεγεὼν legio, λέντιον linteum, λιβερτῖνος libertinus, μάκελλον macellum, μέλκα melca, μεμβράνα membrana, μόδιος

na, μόδιος modius, μοῦστον mustum, νοτάριος notarius, νοῦμμος nummus, ξέστης ξέστης sextarius, vnde ἡμιξέστης semisextarius, ὀξύγγιον axungia, οὐγκία vncia, πραικόκκια vel πρεκόκκια præcocia, πραιτώριον vel πραιτώριν praetorium, πωμήριν pomerium, ῥῆμος remus, ῥέδα rheda, σαξίφραγον saxifragum, σικάριος sicarius, σημικίνθιον semicinctium, σουδάριν sudarium, σπεκουλάτωρ speculator, σούβλα subula, ταβελλίων tabellio, ταβέρνη, ταβέρνιον taberna, τραβέα trabea, τρακτὸς tractus, τίτλος titulus, τέσσερα tessera, φέκλη fex, φενεστέλλα fenestella, φενόλης penula, φόρον forum, φραγέλλιον seu φραγγέλιον flagellum, φραγελλοῦν flagellare) hæc, inquam, non nisi à recentioribus Græcis vsurpata qui ea à Romanis sumpserunt, exclusi. Hebraica enim ab Hebræis, Latina à Latinis dictionariis non à Græcis petenda esse duxi. Ex his tamen omnibus nonnulla in suam seriem irrepsisse deprehendentur.

Hominum & locorum propria (nisi quum fiunt appellatiua) non adscripsi: quòd peculiares de iis extent libri. Verbalia à præteritis passiuis formata (quorum quæ à prima singulari fiunt, vel in μα, vel in μον, vel in μος desinunt: quæ à secunda, vel in ις, vel in ία præcedente σ, aut ξ, aut ψ: quæ à tertia, vel in της, τικὸς, vel in τος, vel in τήριον, vel in τρον finiunt) verbis passiuis proximè subiunxi, vt formationis ratio melius appareret.

In hoc autem opere absoluendo quum plurimum temporis contriuissem (remorante me partim operis ipsius prolixitate, partim functione mea, partim denique priuatis occupationibus) incidi fortè in thesaurum ab Henr. Steph. constructum: cuius sola inscriptione lecta, existimaui me actum egisse. verùm quum thesaurum illum penitus introspectum, præter alia multa à meo consilio discrepantia, diuerso etiam ab eo quem secutus fueram ordine scriptum fuisse, re ipsa cognouissem, idque amicorum oculis subiecissem, eorum iudicio fretus, multísque rationibus adductus hæc tandem in lucem prodire permisi. At verò ne thesauri illius Herculeo sanè labore compositi autorem bene de literis meritum debita laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar: quid illi acceptum feram, fateri non grauabor. Quum enim in eo thesauro tanquam in penu locupletissimo dictionum vim & proprietatem melius exprimi, significationes distinctius collocari, pluribus aptioribúsque exemplis confirmari, diuersas constructiones diligentiùs obseruari, denique quæ tum veteres tum recentiores lexicographi, scholiastæ, grammatici, & alij in Græcæ linguæ cognitione excellentes viri, ad hoc argumentum pertinentia scripserunt, pleniùs contineri & accuratiùs quàm in superioribus Lexicis collecta exhiberi comperissem, ea inde potissimum deprompta meo instituto accommodaui, consultis iis quoque authorib. ex quibus illa in thesaurum fuerunt relata, paucissima ex plurimis exempla selegi: loquendi formulas non nisi magis necessarias apposui, ne liber in nimiam molem excrescens lectori tædium afferret, emptorémve pretij magnitudine deterreret. Sic autem in eo thesauro multa vocabula adiecta sunt quæ in aliis Lexicis desiderantur: ita etiam non pauca testimonio munita huc accessisse, si quis collationem instituat, sæpius deprehendet: atque adeò quamplurima ab iis qui diurna nocturnáque manu versant exemplaria Græca quotidie adiici posse non est dissimulandum: præsertim verò ex compositis, in quorum numero, vtpote penè infinito, sitæ sunt illæ Græcorum diuitiæ tantopere iactatæ: verùm de eorum significatione, quantocunque agmine inueniantur, ex aliis eiusdem formæ compositis, quæ satis numerosè hîc inserta sunt, quum non solùm iudicare, sed etiam (quod semper licuit sempérque licebit) innumera ad eandem for-

mam fingere & in vſum proferre cuius in Græcis authorib. vel mediocriter verſato facile ſit, non eſt quòd ea quiſquam cum ſtudiorum ſuorum detrimento hinc abeſſe putet.

Quoniam porrò propoſitum initio mihi fuerat, primitiua cum ſimplicibus deriuatis ordine alphabetico diſponere: ideo deriuata à primitiuis recedentia (quod ad initiales literas attinet) nec non obſcuriora quædam compoſita duabus lineolis iuxta eorum ſeriem incluſi, arbitratus quamlibet vocem à quolibet repertum iri: ſimplicem quidem aut ſuo loco, aut in illis de quibus dixi lineis: compoſitam verò in ſimplici, conſiderata poſteriore eius parte, atque ideò terminationes compoſitorum in quibus ſimplicia non ita facilè apparerent, peculiari indici inſerere decreueram. Verùm ab amicis monitus me hoc compendio tyronibus non ſatisfacturum, alium indicem ita conſtruxi. Dictionibus alphabetica ſerie diſpoſitis, primitiuas maiuſculis literis deſcripſi: deriuatas idem literarum initium habentes, & primitiuum ſuum proximè vel præcedentes vel ſequentes, in ſuo primitiuo quærendas eſſe oſtendi, adiectis his vocibus, *cum deriuatis.* Exempli gratia: quum ἀγγαρεία, ἀγγαρεῖον, ἀγγαρευτὴς, ἀγγαρεύω, ἄγγαρος ſeſe in ſua ſerie proximè ſequantur, eorum primitiuum ἌΓΓΑΡΟΣ ſolùm adſcripſi, addito, *cum deriuatis*: reliqua ibidem quærenda eſſe indicans. Sic φιλοσοφέω, φιλοσοφία, φιλοσοφικὸς, φιλοσοφικῶς, φιλόσοφος, quæ initiales literas & ſyllabas ſimiles habent, in ſuo primitiuo φιλόσοφος ſimili ratione notato inueniri innuo. Voces etiam non paucas in eodem indice explicaui, partim obliuione, partim aliis de cauſis prætermiſſas. Dictiones per dialectum aliquam à communi vſu deflectentes, quæ poëtis ſunt familiares, (necnon inter ſolutæ orationis ſcriptores, Herodoto & Hippocrati Ionica dialecto vti ſolitis) indicabit tractatus de dialectis, vt eas hic annotare non fuerit neceſſe. Quæ habent duplex σ aut duplex τ, alterutro duntaxat modo ſcripta inuenientur. Quæ verò Attico more ξ pro σ habent, cum σ ſcripta quærentur.

Hæc ſunt de quibus vos, candidi Lectores, admonendos eſſe exiſtimaui: vt & ſcopum mihi propoſitum & methodum à me ſeruatam intelligeretis, ac proinde minore cum moleſtia in hoc opere verſari poſſetis: ex quo ſi quid opis & adiumenti veſtris ſtudiis accedere ſenſero, me ſuſcepti laboris, quidquid moleſtiæ & tædij attulerit, nequaquam pœnitebit, vos autem Deo omnium bonorum autori gratias mecum agetis. Quæ verò oſcitanter aut perperam ſcripta offendetis (præter ea quæ in calce Operis notata ſunt) eorum veniam me à vobis impetraturum ſpero, ſi errare humanum eſſe cogitaueritis: ſi quamuis tenues & perexiguæ ſint vires iuuandi ſtudium mihi non defuiſſe vobis perſuaſeritis: ſi denique temporis & otij in hiſce perficiendis demenſi breuitatem cognoueritis. Non enim quod volumus id poſſumus, neque quod poſſumus id per otium præſtare ſemper licet. Valete.

* *
*

# IN IOANNIS SCAPVLÆ Lexicon Græcolatinum ad Lectorem.

*Atlantem memorat vatū verenrāda vetustas*
*Impositum scapulis sustinuisse polum.*
*Nempe quod astrorum motus, Solisq́ labores,*
*Et lunæ instabiles nouerat ille vias.*
*At* SCAPVLAM, *quem nulla probè non cognita*
*Vocula sermonis, syllaba nulla fugit,* *(Graci*
*Quidni (par causa est) commentū imitata priorum*
*Hellada posteritas sustinuisse ferat?*
*Pondus vtri grauius? dicat quem pressit vtrumque*
*Vtilius, sed vtrum? Græca reuolue, scies.*
*Tu tamen hæc inter,* SCAPVLÆ *gratare faueq́,*
*Tot peregrè aductas dum tibi promit opes.*
*Quas si quis numeret, numero contendat eodem*
*Discere quot stellas axis vterque rotat.*

In idem.

*Affere nūc geminos vario, sed tempore Atlantas:*
*Cælifer ante fuit, Græcifer alter adest.*
*Scilicet ille vagos cæli percalluit ignes:*
*Edocet hic voces Græcia quotquot habet.*

In idem.

*Quæ* SCAPVLA *ex varijs veterū penetralib. olim*
*Carpserat, in propriam condideratq́ penum,*
*Nunc eadem reserans, magna sibi parta labore*
*Prodigus exiguo dat petunda tibi.*
*Quotquot enim superāt Græcæ vel frustula linguæ,*
*Hic totidem Latiis reddita, Lector, habes.*

Ad Studiosam Iuuentutem ex Horatij consilio.

*Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo*
*Musa loqui, Graijs sponte Minerua venit.*
*Hauriat è puris Graiorum fontibus ergò,*
*Qui sophiæ omne genus, qui sitit eloquium.*
*Vos inquam iuuenes, vos exemplaria Græca*
*Versate assidua nocte dieq́ manu.*
*At cuncta vt pateant, nec quicquam fortè legenti*
*Occurrat, cœptum quod remoretur iter:*
*Sit* SCAPVLA *hicce comes, quo fido interprete voces*
*Quamlibet abstrusas, quilibet excutiat.*

BELTVMBRANI.

In eiusdem Lexicon.

Κείμενοι εἰσὶ λόγοις Ἑλλήνων πλοῦτον ἔχειον
Περφερνέως ἡμῖν πολλοὶ ἔδειξαν ἀεί.
Περφερνέως μὲν ἐσ' ἐξανέμιξαν δ' ἔσθλα κακοῖσι,
Μέτρα βίβλου τοίης ἀγνοέοντες ὅλως.
Ἄλλοι ταῦτα νόον ὑμῶν πόνοι οὐκ ἐπέλασσαν
Ἀντλεῖν, οὐδὲ τὰ ἔργα τάδ' ἀργαλέα.
Πρῶτα κλυτὸς ΣΚΑΠΥΛΗΝ ἰοῦ Φοῖβος
φωτὶ ἔφαινε
Δεικνύμενον μεθόδῳ ῥήματ' Ἀχαιά νέη.
Οὗτος ἄρ' ἐν ὀρθοῖς θέμασι πᾶσαν ἔθηκε
Λέξιος εὐπορίην, τοῖς κῆπον ἐξαρύων.
Ὄρχατον εὐανθῆ τε ὅλεσι, πεινᾶν ἀρεῖν ἁπάσας
Εὐτάκτως φωνὰς Ἑλλάδος ἐλλογίμου.
Ἀμφοτέραις τοίνυν τὴν δέλτον χερσὶν ἕλοιντο,
Ἑλλάδος οἱ μαθεῖν πάντες ὅσοισι μέλει.

In idem.

*Naturæ miraris opus, quo germina stirpi*
*Artifici nexu tam bene iuncta vides.*
*Naturam sequitur, methodo qui compare voces*
*Explicat, annectens ordine quamque suo.*
*Qui fontes harum reserat, riuosq́ sequentes*
*In sua deductis flumina cogit aquis.*
*Is* SCAPVLÆ *labor est. fruere & mirare vicissim:*
*Hoc duce namque tibi Græcia tota patet.*

VITI MERKELII.

mam fingere & in vſum proferre cuiuis in Græcis authorib. vel mediocriter verſato facile ſit, non eſt quòd ea quiſquam cum ſtudiorum ſuorum detrimento hinc abeſſe putet.

Quoniam porrò propoſitum initio mihi fuerat, primitiua cum ſimplicibus deriuatis ordine alphabetico diſponere: ideo deriuata à primitiuis recedentia (quod ad initiales literas attinet) nec non obſcuriora quædam compoſita duabus lineolis iuxta eorum ſeriem incluſi, arbitratus quamlibet vocem à quolibet repertum iri: ſimplicem quidem aut ſuo loco, aut in illis de quibus dixi lineis: compoſitam verò in ſimplici, conſiderata poſteriore eius parte, atque ideò terminationes compoſitorum in quibus ſimplicia non ita facilè apparerent, peculiari indici inſerere decreueram. Verùm ab amicis monitus me hoc compendio tyronibus non ſatisfacturum, alium indicem ita conſtruxi. Dictionibus alphabetica ſerie diſpoſitis, primitiuas maiuſculis literis deſcripſi: deriuatas idem literarum initium habentes, & primitiuum ſuum proximè vel præcedentes vel ſequentes, in ſuo primitiuo quærendas eſſe oſtendi, adiectis his vocibus, *cum deriuatis*. Exempli gratia: quum ἀγγαρεία, ἀγγαρεῖον, ἀγγαρευτής, ἀγγαρεύω, ἄγγαρος ſeſe in ſua ſerie proximè ſequantur, eorum primitiuum ἌΓΓΑΡΟΣ ſolùm adſcripſi, addito, *cum detiuatis*: reliqua ibidem quærenda eſſe indicans. Sic φιλοσοφέω, φιλοσοφία, φιλοσοφικός, φιλοσοφικῶς, φιλόσοφος, quæ initiales literas & ſyllabas ſimiles habent, in ſuo primitiuo φιλόσοφος ſimili ratione notato inueniri innuo. Voces etiam non paucas in eodem indice explicaui, partim obliuione, partim aliis de cauſis prætermiſſas. Dictiones per dialectum aliquam à communi vſu deflectentes, quæ poëtis ſunt familiares, (necnon inter ſolutæ orationis ſcriptores, Herodoto & Hippocrati Ionica dialecto vti ſolitis) indicabit tractatus de dialectis, vt eas hic annotare non fuerit neceſſe. Quæ habent duplex σ aut duplex τ, alterutro duntaxat modo ſcripta inuenientur. Quæ verò Attico more ξ pro σ habent, cum σ ſcripta quærentur.

Hæc ſunt de quibus vos, candidi Lectores, admonendos eſſe exiſtimaui: vt & ſcopum mihi propoſitum & methodum à me ſeruatam intelligeretis, ac proindè minore cum moleſtia in hoc opere verſari poſſetis: ex quo ſi quid opis & adiumenti veſtris ſtudiis accedere ſenſero, me ſuſcepti laboris, quidquid moleſtiæ & tædij attulerit, nequaquam pœnitebit, vos autem Deo omnium bonorum autori gratias mecum agetis. Quæ verò oſcitanter aut perperam ſcripta offendetis (præter ea quæ in calce Operis notata ſunt) eorum veniam me à vobis impetraturum ſpero, ſi errare humanum eſſe cogitaueritis: ſi quamuis tenues & perexiguæ ſint vires iuuandi ſtudium mihi non defuiſſe vobis perſuaſeritis: ſi denique temporis & otij in hiſce perficiendis demenſi breuitatem cognoueritis. Non enim quod volumus id poſſumus, neque quod poſſumus id per otium præſtare ſemper licet. Valete.

* *
*

## IN IOANNIS SCAPVLÆ Lexicon Græcolatinum ad Lectorem.

*ATlantem memorat vatū venerāda vetustas*
*Impositum scapulis sustinuisse polum.*
*Nempe quod astrorum motus, Solisq́. labores,*
*Et lunæ instabiles nouerat ille vias.*
*At SCAPVLAM, quem nulla probè non cognita*
*Vocula sermonis, syllaba nulla fugit,* (*Græci*
*Quidni (par causa est) commentū imitata priorum*
*Hellada posteritas sustinuisse ferat?*
*Pondus vtri grauius? dicat quem pressit vtrumque*
*Vtilius, sed vtrum? Græca reuolue, scies.*
*Tu tamen hæc inter, SCAPVLÆ gratare fauetq́.*
*Tot peregrè aduectas dum tibi promit opes.*
*Quas si quis numeret, numero contendat eodem*
*Discere quot stellas axis vterque rotat.*

### In idem.

*Affere nūc geminos vario, sed tempore Atlantas:*
*Cælifer ante fuit, Græcifer alter adest.*
*Scilicet ille vagos cæli percalluit ignes:*
*Edocet hic voces Græcia quotquot habet.*

### In idem.

*Quæ SCAPVLA ex varijs veterū penetralib. olim*
*Carpserat, in propriam condideratq́. penum,*
*Nunc eadem referans, magna sibi parta labore*
*Prodigus ex quo dat potiunda tibi.*
*Quotquot enim superāt Græcæ vel frustula linguæ,*
*Hic totidem Latiis reddita, Lector, habes.*

---

### Ad Studiosam Iuuentutem ex Horatij consilio.

*GRaijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo*
*Musa loqui, Graijs sponte Minerua venit.*
*Hauriat è puris Graiorum fontibus ergò,*
*Qui sophiæ omne genus, qui sitit eloquium.*
*Vos inquam iuuenes, vos exemplaria Græca*
*Versate assidua nocte dieq́. manu.*
*At cuncta vt pateant, nec quicquam fortè legenti*
*Occurrat, cœptum quod remoretur iter:*
*Sit SCAPVLA hicce comes, quo fido interprete*
*Quamlibet abstrusas, quilibet excutiat.* (*voces*

BELEVMBRANI.

---

### In eiusdem Lexicon.

ΚΕίνων ζ εἰνὶ λόγοις Ἑλλήνων πλοῦτον ἔχειν ὃν
Περφρονέως ἡμῖν πολλοὶ ἔλεξαν ἀεί.
Περφρονέως μὲν ἐόντες, ἀνέμιξαν δ' ἐσθλὰ κακοῖσι,
Μέτρα βιβλίου τοίης ἀγνοέοντες ὅλως.
Ἄλλοι ταῦτα ἰδὼν ἡμῖν πόνον οὐκ ἐπέλασσαν
Ἀντλεῖν, ὃ δέετα ἔργα τάδ' ἀργαλέα.
Πρῶτα κλυτὸς ΣΚΑΠΥΛΗΝ νῦν Φοῖβος φωτὶ ἔφαινε
Δεικνύμενον μεθόδῳ ῥήματ' Ἀχαιὰ νέη.
Οὗτος ἄρ' εἰν ὄρχοις εὐαρμοσι πᾶσαν ἔθηκε
Λέξιος εὐπορίην, τοῖς κῆπον ἐξαρύων.
Ὄρχατον εὐανθῆ τεῦξε, πινάγρει ἀπάσας
Εὐτάκτως φωνὰς Ἑλλάδος ἐλλογίμους.
Ἀμφοτέραις τοίνυν τὴν δέλτον χερσὶν ἔλοιντο,
Ἑλλάδος εὐμαθέες πάντες ὅσοισι μέλει.

### In idem.

*Naturæ miraris opus, quo germina stirpi*
*Artifici nexu tam bene iuncta vides.*
*Naturam sequitur, methodo qui compare voces*
*Explicat, annectens ordine quamque suo.*
*Qui fontes harum referat, riuosq́. sequentes*
*In sua deductis flumina cogit aquis.*
*Is SCAPVLÆ labor est. fruere & mirare vicissim:*
*Hoc duce namque tibi Græcia tota patet.*

VITI MERKELII.

## IOAN. SCAP. LECTORI.

Momus ait nihil eſſe noui dare lexica: verùm
  Hoc ego contendo Lexicon eſſe nouum:
Eſſe nouum nihil eſt, inquit, niſi conferat: atqui
  Non caret hæc nouitas vtilitate ſua.
Quæ prius hîc illîc variè diſperſa iacebant,
  Hîc ſunt ad proprium cuncta reducta locum.
Hîc voci ſedes defertur prima parenti,
  Quam certo ſoboles ordine ſubſequitur.
Hîc multa à nullis tractata prioribus inſunt,
  Fertilis ex doctis Hellados hauſta libris.
Nil igitur temerè ſtatuas: ſed perſpice, Lector,
  Maturo expendens ſingula iudicio.
Tum ſi quod ſtudiis opus afferat hocce leuamen.
  Fauerit optatis aura ſecunda meis.
Si minùs id proſit, ſequere vtiliora docentem:
  Ingenij res quod potuêre, dedi.

# CATALOGVS MVLTARVM ALIARVM VOCVM, HACTENVS IN HOC OPERE DESIDERATARVM, quem ſeorſim huic nouæ editioni libuit adiungere.

A

ΑΒΑΣΚΑΝΙΣΤΟΣ, inuidiæ ſeu reprehenſioni, ſeu etiam faſcinationi non obnoxius. Plut. in Erot.

Ἀβλαβέως, idē quod ἀβλαβῶς. Hom. in hymn. Merc.

Ἀβοηθησία, [illegible], carentia auxilij. In orat. Ieſu filij Sirach.

Ἀβοσκής, ἑος, non paſtus, ieiunus. Nic. in Ther.

Ἀβροσύνη, ſtudioſus cultus & ornatus. Adamant. in Phyſiogn.

Ἀγαθόω, benefacio. 1. Reg. 25.

Ἀγαστός, gratus. Eurip. in Hecuba ἀκέτι μοι βίος ἀγαστὸς ἐν φάει.

Ἀγελαστικός, congregabilis, ſociabilis, Max. Tyr.

Ἀγεληδόν, idem quod ἀγεληδὸν. Arat.

Ἀγερμοσύνη, cōgregatio, cœtus, ἀγερμός, ἄθροισις. Opp. lib. 4. de ven.

Ἀγηνόρειος, ſeu ἀγηνόρειος, Doricè, idem quod ἀγήνωρ. Æſch. in Perſ.

Ἀγκυλόθειν, in [illegible], ἀγκαί. Æſch. in Eum.

Ἀγκίστριον, paruus hamus. Theocr.

Ἀγκιστροειδής, hamatus. Strabo.

Ἀγκυλωτός, iaculatorius, ab ἀγκύλη, iaculum. Eurip. in Bacchis.

Ἀγλαόδωρος, ſplendidum munus donans. ſplendidè munificus. Opp. lib. 1. de Ven.

Ἀγρεῖος, ad capturā, ad venationem pertinens, venatorius. Oppian.

Ἀγρευτός, prædatus, venatione captus, aut quæſitus. Oppian.

Ἀγρόβοτος, agros habens paſcuis accommodos. Strab. lib. 11.

Ἀγροιῶτις, ruſtica. Max. Tyr.

Ἀγρώτης, idem quod ἀγρότης, ruſticus. Theocr.

Ἀγύρτρια, ἡ, circulatrix. Æſchyl.

Ἀγχιγείτων. Æſch. in Perſis.

Ἀγχιστήρ, idem quod ἀγχιστεύς. Sophocl. in Trac.

Ἀδαΐκτος, non diuiſus. Apoll. 1. Arg.

Ἀδαμαντοπέδιλος, adamantina habens calceamenta. Plut.

Ἀδελφιδός. Cant. cant.

Ἀδέμνιος, expers cubilis, qui cubile non habet. Opp. lib. 3. de Ven.

Ἀδένδρεος, ὁ, ἡ, arboribus carens. ἀδένδρος.

Ἀδιάγλυφος, decomp. non inſculptus. Adamant. in phyſiognom.

Ἀδικημοσύνη, decomp. iniuſtitia, 2. cap. Sap. Salom.

Ἀδόξημα, factum aut dictum aliquod quod dedecus vel ignominiam, adfert. Plut.

Ἄδωτος, qui indotatus eſt, cui nil datum eſt. Hom. in hymn. in Merc.

Ἀειβρυής, ſemper ſcaturiens, ſemper germinans, Nic. in Ther.

Ἀειγλυκής, ſemper dulcis.

Ἀείμαργος, ſemper inſanus, qui perpetuò inſanit. Oppian.

Ἀελλαῖος, turbinoſus, procelloſus, velox. Sophocl.

Ἀεξίγυιος, membra augens. Pind. Nem. 4.

Ἀέρωσις, aëris conceptio. Plato ζύμωσιν, id eſt, fermentationem, dicit eſſe τῆς γεώδους οὐσίας ὁμοῦ κίνησιν καὶ ἀέρωσιν. eſt enim fermentatio motus fermenti vi factus in terreno craſſóque corpore, quo in tumorem leuem attollitur, conceptóque aëre diſtenditur, inflatur, & quodammodo ebullit. Quam definitionem etiam ζέσει, id eſt, ebullitioni, attribuit idem Plato.

Ἀθεμιτογαμία, illicitæ nuptiæ, illegitimæ. In conſt. Iuſtinian.

Ἀθερηΐς, adiect. fœm. gen. ab ἀθήρ. Nicander in Ther. ἀθερηΐδα ῥίζαν. vbi Schol. ἀθερηΐδα ῥίζαν vocari ait à Nicandro ἢ διὰ τὸ θερμαλέον εἶναι ἢ διὰ τὸ ἀθέρας ἔχειν. ἢ διὰ τὸ ψυχρὰν εἶναι.

Ἀθρότης, idem quod ἀθροότης, apud Laërt.

Αἰγειροι, ſpecies fungorum qui in populi nigræ trunco naſcūtur.

Αἰγειροφόρος, ὁ καὶ ἡ, populifer, qui vel quæ populis abundat. Max. Tyr.

Αἰγειρών, ῶνος, populetum, locus populis arboribus conſitus. Strabo.

Αἴδιμος, venerabilis, veneratione dignus. Iuſtin. in conſt.

Αἰθρήεις, ſerenus, ſudus. Opp. lib. 4. de Ven.

Αἰθυκτήρ, violentus, impetuoſus. Oppian.

Αἱμοδίψος, ſanguinem ſitiens, ſanguinem appetens. Lucian.

Αἱμυλομήτης, conſultus, vafri conſilij. Hom. in hym in Merc.

Αἰνογένειος, terribiles malas habens, terribilis, ſæuus. Callim. hymno in Delum.

Αἰνοπέλωρος, comp. monſtroſus, immanis. Opp. 5. Hal.

Αἰνοτόκεια, quæ infeliciter peperit. Moſch.

Αἰχμαλωτικός, mancipiarius, ſeruilis. Eur. in Troad.

Ἀκαταπότος, decomp. non potabilis, qui abſorberi aut deuorari nequit. Iob. 10.

Ἀκεστήρ, idem quod ἀκεστής. Soph. in Oedipo Col.

Ἄκλυτος, qui nō auditur, & ἀὴρ ἄκλυτος in quo vox nō auditur. vtIP.

Ἀκνίσωτος, idem quod ἄκνισος, nidoris expers. Lucian.

Ἀκοινός, non communis, non pollutus, non maculatus. In nou. conſt.

Ἀκροβολισις, iaculatio, ἀκροβολισμός. Xen. pæd. 6.

Ἀκρογένειος, cui eſt longum barbitium, apud Ariſt. phyſiogn.

Ἀκρόλινος, qui eſt in ſummo retis, qui pertinet ad retis extremitatem. Oppian.

Ἀκροπενθής, ſummè lugens. Æſch. in Perſis.

Ἀκοπίατος, idem quod ἀκοπίαστος, indefeſſus, qui non laborat. Vnde ἀκοπιάτως, aduerb ſine labore. Sap. Salom. c. 16.

Ἀκρόσοφος, ſummè ſapiens. Pind.

Ἀλειμμάτιον, diminutiuum ab ἄλειμμα, vnguentulum. Laert. in Diog.

Ἀλέξιμος, idem quod ἀλεξητήριος, remedium præſtans, propulſatorius. Nic. in Ther.

Ἀλέτης, molitor, molitorius. ὄνους ἀλέτας, molas aſinarias. Xen. ἀναβ.

Ἀληθόμυθος, verax, qui verum dicit. Max. Tyr.

Ἀληθοσύνη, veritas. Theognis.

Ἁλίβαπτος, mari immerſus, ſubmerſus. Nic. in Alex.

Ἁλίγδουπος, interpoſito γ metri cauſa, vt in ἐρίγδουπος, vndiſonus, in mari ſtrepens. Opp. 5. hal.

Ἁλιεργής, in mari operans. Opp. lib. 4. hal.

Ἁλιερκής, mari cinctus. Pind.

Ἁλίευμα, piſcatio. Strab. lib. 11.

Ἀλκαρ, idem quod ἀλκήεις. Nicand. in Alexiph.

Ἀλλογνώς, idem quod ἀλλόγνωτος, alienus. Plut.

Ἀλλοειδῶς, aduerb. alia forma.

Ἀλσηΐς, idem quod ἀλσηΐς, nemorum nympha. Cam. ſuper Soph. Thrac.

Ἁλμήεις, ſalſuginoſus. ἁλμώδης. Æſch. in ſuppl.

Ἀμαίωτος, ὁ καὶ ἡ, qui vel quæ obſtetrice caret. Oppian.

Ἀμαυρότης, obſcuritas. Polemo in phyſ.

Ἀμβόαμα, pro ἀνάβοημα, exclamatio, inclamatio. Æſchyl.

Ἀμβροσιώδης, ambroſiam redolens, ſuauiſſimus.

Ἀμελέτης, cuius cura non eſt, qui negligitur, qui curandus non eſt, qui negligendus eſt. Theog.

Ἄμελξις, mulſio. Iob. 20.

Ἀμεταγνωστος, non pœnitendus, pœnitentiæ non obnoxius. Max. Tyr.

Ἀμέτοχος, decomp. qui non participatur, cuius quis particeps non eſt. In nouell. conſt.

Ἀμητήριον, inſtrumentum, quod ad meſſem vtimur.

Ἀμιγής, idem quod ἀμιγής, qui mixtus non eſt. Nicand.

Ἀμνημονέω, immemor ſum, obliuiſcor. Laert.

Ἀμοιβάδιος, mutuus, alternus. ἀμοιβαῖος. Opp. lib. 4. de ven.

Ἀμορβός, idem quod ἀμορβεύς, paſtor. Nic. in Ther.

Ἀμόχθητος, ὁ καὶ ἡ, laboris expers, ἄμοχθος. Oppian.

Ἀμπαυστήριος, vel ἀναπαυστήριος, ad quietem aptus, ad quieſcendum accommodatus. Herod.

Ἀμπείρα, idem quod ἀνάπειρα. experimentum.

Ἀμπίπλημι pro ἀναπίμπλημι. Pind. Nem.

Ἀμπλάκιον, idem quod ἀμπλακία, peccatum. Pind. Pyth.

Ἀμπλακίσκω, pecco, ἀμπλακέω. Theages Pythag. in lib. περὶ ἀρετῆς.

Ἀμπολέω, pro ἀναπολέω. Pind. Nem.

Ἀμυδρότης, languidum & inualidum eſſe. Gal. de pulſib.

Ἀμύκτηρ, naribus carens. Strabo.

Ἀμυχμός, idem quod ἄμυγμα, laceratio, laniatio, pro vulnere poſuit Theocritus.

Ἀμφιέλκω, idem quod ἀμφιέλκω. Dionyſius de ſitu orbis.

Ἀμφιάζω, circumueſtio. Alex. Aphrod.

Ἀμφιδηριάομαι, circumpugno, vel etiam pugno. Simonides apud Stob.

Ἀμφιετής, annuus, anniuerſarius. Callim.

Ἀμφίπεδος, campis vtrinque cinctus. Pind. Pyth.

Ἀμφιπεριστένω, circumcirca gemo. Callimach.

Ἀμφιπερισκαίρω, circumſalio, περισκαίρω. Oppian.

Ἀμφιπροκύπτω, vndique promineo, vndique propendeo. Nicand.

Ἀμφιστρατάομαι, obſideo, circum caſtra metor. Hom.

Ἀμφίτομος, vtrinque ſecans, ἀμφίστομος. Oppian.

Ἀναβατικός, aptus ad conſcendendum equum, peritus conſcendendorum equorum. Xen.

Ἀναβροντάω, tono. Tryph. in Ilij excid.

Ἀναγκαστῶς, coactè. 1. Petr. 5.

A

Ἀναγνώσιμος, qui legi potest, vel legi debet, qui aptus & accommodatus est ad legendum, legendus. In nou. const.
Ἀναδέρκω, sursum aspicio, δέρκω. Hom.
Ἀναδούλωσις, reuocatio in seruitutem.
Ἀναιμόσαρκος, cuius caro sanguinis est expers. Anacreon.
Ἀναιπλέπτω, furor. Hom. in hymn. Merc.
Ἀνακλονέω, commoueo, turbo, κλονέω. Oppian.
Ἀνακνύζω, deturpo, inquino. Tryphiod.
Ἀνακοινώνησις, communicatio. In nou. const.
Ἀνακομάω, iterum seu denuo comatus sum, seu capillos emitto. Lucian.
Ἀναλαλάζω, clamorem lætum tollo. Xen. ἀναβ. 4.
Ἀναλαμψις, fulgor. Plut.
Ἀνάλκιος, imbecillus, inualidus. Opp. 4. hal.
Ἀνάλλαγμα, permutatio. 2. Reg. vlt.
Ἀναμαρμαίρω, splendorem emitto, eluceo, μαρμαίρω. Apoll.
Ἀναπαυστήριος, vel ἀμπαυστήριος, ad quietem aptus, ad quiescendum accommodatus. Herod.
Ἀναπόδεκτος, Decomp. qui munera sordida non accepit, qui largitionibus & muneribus se corrumpi passus non est, incorruptus. Æschin. contra Ctesiph.
Ἀναπολεμέω, rursus bellum gero, bellum renouo. Strabo.
Ἀναπολέμωσις, ab ἀναπολεμίζω, belli renouatio. apud Strab.
Ἀναπομπός, remittens, vel sursum mittens. Æschin. in Persis.
Ἀναπλήσσω, refero, repercutio.
Ἀναργυρία, inopia pecuniæ cum pecunia numerata non est. In pand & æcis.
Ἀναρπάγδην, raptim, transuersum rapiendo. Eurip.
Ἀναξ, idem quod ἄναξ. Pind. Pyth. 2.
Ἀναυγής, obscurus, luce carens. Æsch. in Prom.
Ἀναυτέω, acclamo, alloquor. Coluth.
Ἀνασταχύω, surgum erigo, seu extollo in modum spicarum. Apoll.
Ἀναστερος, obscurus. Arat.
Ἀνάγκιτης, gemma eadem cum adamante, quasi necessitatem ferens & [illegible]. Plin.
Ἀναδέκτωρ, qui suscipit, vel qui recipit. Plut. in l. de solertia anim.
Ἀναδάμην, pro [illegible]. Pind.
Ἀνδρακάς, idem quod [illegible] viritim, κατ' ἄνδρα, apud Hom. vt refert [illegible].
Ἀνδρεότης, virilitas, [illegible].
Ἀνδρόβουλος, [illegible] generoso consilio vtens. Æsch. in Agamemn.
Ἀνέγερσις, [illegible] excitatio. Plut.
Ἀνείκαστος, [illegible] in epist. ad Pythoclem.
Ἀνέκρυσις, [illegible]. Galen. [illegible] Hipp.
Ἀνεκπίμπλημι, decomp. repleo. Xen. anab. 3.
Ἀνελιγξία, Stoicis est ἰσχὺς [illegible] μὴ ἀπάγεσθαι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἀντικείμενον, i. ἀνελιγξίαν esse vim orationis, ne ab ipsa in contrarium abducamur. Diog. in Zen.
Ἀνεπίμικτος, qui aliis non permiscetur, insociabilis. Strab. li. 2.
Ἀνερεύνητος, imperscrutatus, qui perscrutatus & inuestigatus non est. In auth.
Ἀνηνεμέω, ventorum expers sum. Strab.
Ἀνθήμων, floridus. Nic. in Alex.
Ἀνθρακωσις, ἄνθραξ, carbunculus. Gal.
Ἀνθρωπογράφος, qui homines pingit, sic cognominatus est Dionysius quidam pictor [illegible].
Ἀνθυπάρχω, ex aduerso existo. Plut.
Ἀνθυποστρέφομαι, denuo reuertor, iterum redeo. In nou. const.
Ἀνισάριθμος, inæqualis, qui [illegible] numero. Xen.
Ἀνοχεύς, qui sustinet, tolerans.
Ἀνομοιογενής, qui non est eiusdem generis. Laert. in Epicuro.
Ἀνταιτέω, vicissim peto contra [illegible]. Plut.
Ἀνταποστροφή, dec. [illegible] flexio. Strab.
Ἀνταΰω, vicissim clamo, resono. Pind. Pyth.
Ἀντεπαφίημι, vicissim, vel contra immitto. Lucian. in Antiocho.
Ἀντεπιτείνω, in contrarium tendo. Plut.
Ἀντερύω, comp. vicissim [illegible] pro [illegible]. Theognis.
Ἀντηρέτης, aduersarius. [illegible].
Ἀντιάζω, oro, supplico. Euripides.
Ἀντιβαδίζω, in contrariam partem gradiendo aduersantes. Plut.
Ἀντίδικος, qui [illegible]. Plut. in lib. de solertia anim.
Ἀντίθεξις, contra [illegible] contratio, aduersatio.
Ἀντικαταλλάσσω, contra [illegible] effero. Plut. in Antonio.
Ἀντίλυρος, [illegible] lyræ consonans, αὐλὸς ἀντίλυρος. Soph.
Ἀντιμαρτυρέω, [illegible] competitor sum.
Ἀντινικάω, vicissim [illegible].
Ἀντίπαλος, qui contra [illegible] aduersarius. Æsch.
Ἀντιπαρέχω, [illegible] reddo.
Ἀντιπάσχω, [illegible].
Ἀντίπλευρος, qui est contra latus, qui aduerso est latere. Strabo.
Ἀντιμισθος, remuneratorius. Callim.
Ἀντίμορφος, contrariam seu aduersam formam reddens. Luc.
Ἀντιπεριπλέω, Dec. contra circumnauigo. Strabo.
Ἀντιστρέφω, contra euerto, vicissim euerto. Eurip. in Troad.

A

Ἀντίταγμα, id quod aduersus hostem instruitur, id quod ex aduerso in acie, seu ad prælium instruitur. Plut.
Ἀντισπαράττω, contra turbo. Max. Tyr.
Ἀντιφαρμάσσω, auxilior: proprie dato pharmaco opem fero. Eurip.
Ἀντιρητορεύω, contra orationem habeo. Ioseph.
Ἀντισύγγραφος, per mutuam stipulationem seu cautionem factus vel celebratus. In edictis Iustin.
Ἀντιφιλοσοφέω, aduersus contendo, seu disputo, insigni studio contradico. Ioseph.
Ἀνυπόστατος, substantia carens, qui est supra omnem substantiam. Marc. Trism.
Ἀνυπόδικος, dec. qui iuri obnoxius non est, qui iuri non congruit. Plut. in Catmin.
Ἀξιοστράτηγος, imperio dignus, dignus qui imperet. Arist.
Ἀπανατέλλω, produco, emitto, ἀνατέλλω. Oppian.
Ἀπαυθαδίζομαι, idem quod αὐθαδίζομαι, contumaciter recuso. Plut.
Ἀπεπτέω, non coquo, crudus sum. Plut. in præc. sanit.
Ἀπερίγραφος, qui circumscriptus non est. Strabo.
Ἀπειρομάχητος, expers belli, vel pugnæ.
Ἀπημοσύνη, idem quod ἀπημοσύνη, incolumitas. Callim.
Ἀποβιώσιμος, adi. vt ἀποβιώσιμος διάταξις, statutum seu dispositio a moriente facta, testamentum. In nou. const.
Ἀποδηλόω, manifestum reddo, declaro. Strabo.
Ἀπόδρεψις, decerptio, collectio fructuum.
Ἀπομακρύνω, elongare, seu vt dicunt longum facere. In nou. const.
Ἀπομολέω, aduenio. Soph.
Ἀπονάρκησις, idem quod ἀπονάρκησις. Plut.
Ἀπολίθωσις, in lapidem mutatio. Strabo.
Ἀποπαλμός, cribratio, concussio, agitatio. Laert. in Epicuro.
Ἀποπιάζω, idem quod ἀποπιέζω, supra exprimo. Iudic. 6.
Ἀποπίνω, deuoro, absorbeo. Luc. in somn.
Ἀπόσηψις, putrefactio. Plut.
Ἀποσκορπίζω, disperge, σκορπίζω. 1. Maccab.
Ἀποσελήνω, luna se commito. Diol.
Ἀπτωτος, idem quod ἄπτωτος, qui non cadit. Laert. in Zenonem.
Ἀπαλαιστος, insuperabilis. Plut. Num. 4.
Ἀπαμέργω, decerpo. Nicand. in Alexiph.
Ἀπανούργος, decomp. qui astutus, vel solers non est. Plut. in lib. de solertia anim.
Ἀπάρτισις, perfectio, consummatio. In nou. const. L. Imp.
Ἀπάτησις, deceptio, ἀπάτημα. Iudith. c. 10.
Ἀπαρχος, imperio.
Ἀπαρχος, idem quod ἄρχος, dux. Æsch. in Persis.
Ἀπαυγασμός, effulgentia, ἀπαύγασμα. Plut. in lib. de facie in orbe Lunæ.
Ἀπαγρεύω, idem quod ἀγρεύω, excutio. Lucian. vararum historiarum lib. 2.
Ἀπείλημα, minæ, comminatio. Soph. in Oedipo Col.
Ἀπειρόπατος, [illegible] ἀπείρητον φιλότητος
Ἀπειροπαθής, [illegible] prudens
Ἀπειροδάκρυς, qui lacrymas non didicit, qui fletum & lacrymas non est [illegible]. Æsch. in [illegible].
Ἀπεργαστικός, effectiuus. Epic. in Laert.
Ἀπεχθημα, res inuisa, res odiosa. Eurip. in Tr.
Ἀποβιάζομαι, excludo. Pind. Symp. 4.
Ἀποδάρθω, [illegible] δάρθω. Nic. in Alex.
Ἀποδρύπτω, [illegible]. Opp. lib. 4. de ven.
Ἀποδιασκεδάζω, [illegible]. Plut.
Ἀποδυσπετέω, [illegible] δυσπετέω. Solom. prou. 26.
Ἀποασχόλησις, occupatio, abstractio, occupatio qua quis ab aliqua re [illegible]. Strab.
Ἀποσχολος, otium agens, quieti indulgens. Laert.
Ἀποκαθαίρομαι, depon. [illegible]. Apoll.
Ἀποκρεμασμός, [illegible] aquæ profluo. Plut. symp. 7. q. 1.
Ἀποκώλυσις, impeditio, impedimentum, obstaculum. Plat.
Ἀπερινόητος, comp. inexplicabilis. Merc. Trism.
Ἀποσπασμός, [illegible] in Auth.
Ἀπονεῖ, sine labore. Pind. Olymp. 2.
Ἀπονοσφίζω, idem quod νοσφίζω. [illegible] Apol.
Ἀποξαίνω, cædo flagris, dilanio, discerpo. Ioseph.
Ἀποπτύω, idem quod ἀποπτύω. Laert. in Dion.
Ἀποπήδησις, resultus, resultatio. Plutarch. in lib. de facie in orbe Lunæ.
Ἀποπνικτικός, suffocans, suffocandi vim habens. Nic. in Ther.
Ἀποπράτίζομαι, vendo. Ioseph.
Ἀπρόσδεκτος, dec. qui admittendus non est, qui admissibilis non est. In nou. const.
Ἀποριάζω, nil pono [illegible] dubito, nihil definio. Laert.
Ἀποτεκμαίρομαι, speculor, considero, [illegible]. Apol.
Ἀποτελεύτησις, mors. In nou. const.
Ἀποσφενδονίζω, funda torqueo, funda ejaculor. Ioseph.
Ἀραχνήεις, araneosus, araneæ formam habens. Nic. in Ther.
Ἀργής, albus, [illegible]. Æsch. in Agam.
Ἀργινόεις, idem quod ἀργής, candidus. Nicander in Theriacis.

Ἀργνεις

Ἀργηνοτς cessatio ab opere, otium. Nouel. in const.
Ἀργυρώδης, argentosus. Xen. in lib. de vectig.
Ἀργυρόῤῥιζος, radices argenteas habens. Stesiphorus.
Ἀργυρόομαι, argentum recipio, argento donor. Pind. Nem.
Ἀρειότερος, præstantior. Coluth. in rapt. Helenæ.
Ἀρείγνως, idem quod ἀρείγνωτος. Pind. Nem.
Ἄρηξις, auxilium. Æsch. in Prom.
Ἀριστόμαντις, præstantissimus vates, optimus vates. Soph.
Ἀρίθμημα, numeratio, id quod numeratur. Æsch. in Eumen.
Ἀριθμητὴς adnumerator. Anth. in Epigr.
Ἁρμοστὴρ, idem quod ἁρμοστὴς & ἁρμοστήρ. Æsch. in Eumen.
Ἀρπασμὸς, idem quod ἁρπαγμὸς. Plut. symp. 2.
Ἀρπάλαγον, comp. est telum leporarium cuius meminit Oppian.
Ἁρπακτὺς, ύος, raptus. Callim. in hymno in Apoll.
Ἁρπαστικὸς, rapax. Arist. physiogn.
Ἀρτιδρόπος, recenter decerptus.
Ἀρτιότης, integritas. Laert. in Zenone.
Ἀρσενοπληθὴς, viris plenus. apud Æsch.
Ἀρτιβλαστος, idem quod ἀρτιβλαστὴς. Diosc. lib. 3.
Ἀρτιγραφὴς, recens scriptus. Lucian.
Ἀρχίγυεθλος, princeps seu generis seu gentis, vel antiquæ originis, seu generationis, priscus. Nonnus.
Ἀρχιγραμματεὺς, scribarum princeps. Plut. in Eumene.
Ἀρχικυβερνήτης, qui præest naui, nauis præfectus, nauclerus. Strabo. lib. 15.
Ἀρχοντικὸς, imperiosus, ἀρχικὸς. Merc. Trism.
Ἄσκαφος, ὁ, ἡ, qui fossus non est. Strabo.
Ἀσκέπαστος, ὁ, ἡ, sine operimento. Diosc.
Ἀστίστως, immobiliter. Laert.
Ἀσήμων, idem quod ἄσημος. Sophocl.
Ἀσιτὶ, aduerb. sine cibo. Iob. 24.
Ἀσπιδόεις, in clypei formam factus, scutatus. Oppian. libr. 1. de Ven.
Ἀσπιστὴρ clypeatus, ἀσπιστής. Æsch. in Agam.
Ἀστερέω, idem quod ἀστερίζω, constello, stellis distinguo. Aratus.
Ἀστραγαλίσκος, diminut. Pollux.
Ἀσυγγύμναστος, Dec. qui simul non exercetur, vel qui non exercetur. Lucian. in Parasito.
Ἀσυμπάθεια, dec. affectus carentia, inclementia, incommiseratio. In nou. const.
Ἀσυντέλεστος, qui ad finem non perducitur. Plut.
Ἀσυνάρθρως, dec. inarticularè. Merc. in Trism.
Ἀσυγκαταθέτως, citra assensionem. Plut.
Ἀσφαλτώδης, bituminosus, bitumen ferens. Strabo lib. ij.
Ἀσφίγγωτος, qui constrictus non est, qui densus non est. Mercur.
Ἀσφοδέλινος, ex asphodelo. Luc. ver. hist. lib. 2.
Ἀσχημοσύνη, idem quod αἶσχος, infamia, ignominia. Ezech. 16.
Ἀταρακτέω, non perturbor. Laert.
Ἀτερπία, idem quod ἀτερψία, molestia. Laert.
Ἀτμώδης, vaporosus. Arist. meteorol.
Αὔθαιμων, idem quod αὐθαιμὸς, frater. Soph.
Αὔξις, vnde αὐξίδες apud Arist. de animal. libr. 6. thunnorum fœtus, quia paucis diebus adolescunt.
Αὐτοδεὴς, suapte natura indigus, qui per se indiget. Merc. Trism.
Αὐτοδέσποτος, per se dominus. Ioseph. de Macc. c. 1.
Αὐτόδετος, sponte vinctus, qui sponte vinciri se permittit. Opp.
Αὐτομάθεια, cum quis ex seipso didicit. Plut.
Αὐτοετεὶ, eodem anno. Theocr.
Αὐτολάλητος, qui apud se loquitur. Laert.
Αὐτοπήμων, id est, ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ κακὰ ἔχων. Æsch. in ἑπτὰ ἐπὶ Θ.
Αὐτόπλεκτος, qui seipsum implicat seu irretit. Opp. 4. hal.
Αὐτόπονος, nulla arte elaboratus, vilis. Nic in Ther.
Αὐτοποιὸς sua sponte, & per se factus. Soph. in Oedi. Col.
Αὐτοτελὴς, est Deus, apud Eurip. Pythag.
Αὐτότοκος, id est, cum ipso partu, σὺν αὐτῷ τόκῳ. Æsch.
Ἄφερκτος, inclusus, conclusus velut in carcere. Æsch. in Χοηφ.
Ἀφιλόλογος, abiens à literis, indoctus. Plut.
Ἀφιλοπλουτία, diuitiarum contemptus. Plut.
Ἀφρέω, spumo, ἀφρίζω. Opp. lib. 1. de Ven.
Ἀφροδισιαστὴς, qui veneri operam dat, & indulget, veneri obnoxius. Polemon in physiogno.
Ἀχαῖος, tristis, mœrens, Nic. in Ther.
Ἀχυρμιὸς, palea abundans. Arat.
Ἀχύρινος, adiect. ἀχυρίνη φλὸξ, flamma quæ ex paleis fit. Plut.

B

Βάγμα, idem quod βάξις. Æsch. in Persis.
Βαθυδινήεις, idem quod βαθυδίνης. Hom. Il. φ.
Βαθυπέδιος, dec. profundos campos habens. Pind.
Βαθυπλεκὴς, profundi nexus. Opp. 4. Hal.
Βαθυπόλεμος, bellicosus. Epith. Martis.
Βαθύστομος, profundum os habens. Strabo.
Βαθυτέρμων, profundum & magnum terminum habens, id est immensus, magnus. Oppian.



Βαμβακίζω, idem quod βαμβαλίζω, præ frigore dentibus crepo. Plut.
Βαρυαὴς, grauiter spirans, grauem odorem exhalans. Nicand. in Ther.
Βαρυβρὼς, idem quod βαρύβρομος, grauisonus, grauistrepus. Soph. in Phil.
Βαρύγυιος, grauis, seu grauatus membris, membra habens grauia, membra aggrauans. Opp. 5. hal.
Βαρύδικος, grauem pœnam inferens. Æsch. in Χοηφ.
Βαρύοζος, graueolens. Diosc.
Βαρυπάλαμος, varia moliens. Pind. Pyth. 11.
Βαρυπαθέω, grauiter afflictus sum. Plut.
Βαρύστομος, profundum os habens. Strabo.
Βαρύτλητος, pondus aut graue aliquid ferens, laboriosus: ex Naumach.
Ἀνθολογέω, ῶ, siue ἀνθολογοῦμαι, οῦμαι, flores lego, flores decerpo seu carpo. Aristot. hist. an. l. 9. Ἀνθολογέω cum accusat. exp. & similiter decerpo apud Hippocr.
Ἀργυρολόγος, qui argentum, i. pecuniam colligit, coactor. Thuc.
Ἀργυρολογία, argenti, (i. pecuniæ) coactio & exactio. Xen.
Ἀργυρολογέω, ῶ, pecunias posco & exigo. Cum accus. apud Polyb & Syn.
Ἀργυρολόγητος, ad pecuniā colligendā institutus. 2. Mac. 11.
Ἀφρολόγος, spumilegus. in Epigr.
Βλαστολογέω, q. d. germina carpendo lego, pampino. Theophr. de caus. pl. lib. 3. [Theophr. ibidem.
Βλαστολογία, pampinatio, à legendis pampinis vt herbis.
Βοτανολογέω ῶ, herbas lego seu colligo. Hippocr. in ep. ad Crat.
Δασμολόγος, tributi seu tributorum collector, quæstor.
Δασμολογία, tributi collectio.
Δασμολογέω, ῶ, tributum colligo, cum accus. pers. apud Isocr. τοὺς ὑπηκόους δασμολογεῖν, tributa ab iis exigere. Et rei, apud Dem. in Neær.
Δασμολογοῦμαι, q. d. tributum colligor, i. tributum à me colligitur, tributum pensito.
Δεκατηλόγος, decimæ seu decimarum collector vel exactor. Poll.
Δεκατηλογία, decimæ collectio seu exactio. (λωνεῖον.
Δεκατηλόγιον, locus in quo decimæ exiguntur. Et *pro*, τε-
Δραγματολόγος, qui manipulos colligit.
Εἰκοστολόγος qui vigesimam partem colligit. Aristoph. in Ran.
Ἐλαιολογέω ῶ, oliuo, oliuas colligo. Deut. 4. Pro eodem dicitur & ἐλαολογεῖν. Eust. ex Aelio Dionys.
Ἐλαιολόγος, qui oliuas colligit qui oliuat. Aristoph. in Vesp.
Καρπολογέω, ῶ, fructum seu fructus lego, fructum decerpo. Theophr. de caus. pl. l. 5.
Καρφολογέω ῶ, paleas seu festucas lego. Item exquisitè in alium inquiro, quasi festucam in oculo scrutor Basil. Item floccos lego & quisquilias in veste hærentes. Theophr. De phreneticis etiam dici solet, teste Galen.
Καρφολογία, palearum seu festucarum collectio, floccorum collectio. Galen.
*Decomp.* Ἀποκαρφολογέω ῶ, paleas seu festucas alicunde lego. floccos seu quisquilias alicunde carpo. Hippocr. in progn.
Κοπρολόγος qui stercora colligit. Aristoph. in pace.
Κριθολόγος, qui hordeum colligit. Plut. in quæst. Græc.
Λιθολόγος, ου, qui lapides legit seu colligit: vel etiam seligit operi idoneos. Thuc. l. 7.
Λιθολογέω, ῶ, lapides lego seu seligo operi idoneos.
Λιθολόγημα, ex lectis lapidibus constructum ædificium. Xen. pæd. 6. (pido.
*Decomp.* Ἐκλιθολογέω ῶ. lapides eligo. i. legēdo eximo, ela-
Ξενολόγος, externorum militum collector, qui cogit externos milites. Hesych. & Suid.
Ξενολογία, externorum militum collectio. Aristot. œcon. 2.
Ξενολόγιον externorū militū collectorū manus seu exercit⁹.
Ξενολογέω, ῶ, externos milites colligo, seu cogo. Isocrat. ad Phil.
Ὀστολόγος, qui ossa legit seu colligit, vt qui cruentorum cadauerum ossa inter cineres colligit.
Ὀστολογέω. ossa lego. ossa colligo. Item metaphoricè, perquiro, indago, more eorum qui incrementorum corporū cineribus ossa perquirunt & cum diligentia aliqua colligunt. Suid.
Παλίλλογος, iterum collectus seu congestus. Il. α.
Πεντηκοστολόγος, qui quinquagesimam partem colligit seu exigit: seu quinquagesimæ partis redemptor. Dem. contra Mid.
Πεντηκοστολογέω, ῶ, quinquagesimam colligo seu exigo. Poll. ex Philonide.
Ποηλογέω, vel ποιολογέω. herbas lego. idyll. 3.
Ῥαγολόγος acinorum collector: epithetum est echini in Epigr.
Ῥαγολογέω, ῶ, acinos lego. schol. Theocr.
Ῥιζολόγος, radicum collector.
Ῥιζολογέω, ῶ radices colligo. Item eradico, extirpo. Diodor. καθόλου πάντας τυράννους ῥιζολογήσας.

Σιτολόγος, qui frumenta colligit, qui annonam exigit: magistratus quidam apud Athenienses.
Σιτολογία, munus τῶν σιτολόγων, frumentatio. Polyb.
Σιτολογέω, ῶ, frumentor, frumentum comporto, vel exigo. Polyb. lib. 3.
Σπερμολόγος, & σπερματολόγος, qui semina colligit: dicitur de auiculis quæ in agris seminatis inter sulcos non benè occa depressos semina legunt, apud Athen. Aristoph. Basil. Sic etiam nominantur homines viles, qui in foro grana seu semina instar frugilegarum auium colligunt è saccis effluxa, atque inde victum quærunt, vt qui ex spicilegio victitant. Eust.
Σταχυολόγος, qui spicas legit.
Σταχυολογέω, ῶ, spicas lego seu colligo.
Σταχυολογία, spicilegium.
Στρατολογέω ῶ exercitum colligo, cogo & conscribo milites.
Στρατολογία collectio exercitus, ipsa actio cogendi & colli-
Συκολόγος, qui ficus colligit. (gendi copias.
Συκολογέω ῶ, ficus lego, seu colligo. Aristoph.
Τριχολογέω ῶ, pilos lego, seu colligo, aut floccos. Suid.
Φορολόγος, qui tributum colligit, tributorum exactor. Suid. & Hesych.
Φορολογέω, ῶ, tributum colligo, tributum seu tributa exigo. Polyb. Ioseph. Item exhaurio tributis, apud Plut.
Φορολογία, tributi collectio seu exactio.
*Decomp.* Ἀφορολόγητος, ex quo non colligitur seu exigitur tributum, qui tributum non pendit, immunis à tributo. Suid.
Φυλλολογέω, ῶ, folia lego, pampino, quum de vite dicitur. Poll.
Χαλκολογέω, ῶ, æra lego, æs colligo, i. nummos colligo. Hesych.

*Deriuata à λέγω i. dico. loquor.*

Λέγομαι dicor, &c. Τὸ λεγόμενον, aliquando per parenthesin ponitur *pro*, quod dici solet, quod dicitur prouerbio. Item λέγεται impersonaliter, fertur, fama est. Xenoph. λέγεται Ἀλκιβιάδην Περικλεῖ διαλεχθῆναι. Λέγομαι, medium idem significat cum actiuo.
Λέξις, εως, ἡ, dictio, i. elocutio, oratio, sermo, stylus. Arist. Luc. Item orationis venustas. apud Isocr. & Dion. Hal. Item dictio, vocabulum, verbum. Luc. Athen.
Λεξίδιον, ου, τὸ dictiuncula, vocula.
Λεξικὸν ου, τὸ. liber in quo vocabula recensentur & explicantur, vulgò dictionarium, vocabularium.
Λεκτὸς ου ὁ, q. d. dicibilis. Item qui in dictis seu verbis cōsistit.
Λεκτικὸς orationi & sermoni accōmodatus. Aristot. de poet.
Λόγος, cum suis deriuatis & compos. vide post composita ab hoc λέγω.

*Composita ac primùm cum praeposit.*

Ἀμφιλέγω, q. d. vtraque parte dico: vel in vtrāque partem: vt dubitans dico, ambigo, dubito. Xen. in apol. Socr. βρονταῖς ἀμφιλέξει τις μὴ φωνεῖν. Item decepto, contendo verbis, controuersiam de re aliqua habeo. Xen. anab. 2.
Ἀμφίλεκτος, vtrinque disceptatu vel disceptabilis, in controuersia positus. Eurip. in Phœniss.
Ἀμφίλογος, ου, ὁ καὶ ἡ. itidem, controuersus, de quo ambigitur & dubitatur. Xenop. Pæd. 8. & Hell. 5. Item actiuè, qui ambigit seu dubitat. Arrian.
Ἀμφιλογία ἡ. ambiguitas sermonis, sermo ambiguus, vel disceptatio. Hesiod. in Th.
Ἀμφιλογέω, idem quod ἀμφιλέγω.
*Decomp.* Ἀναμφίλεκτος, disceptationem nullam habens.
Ἀναμφιλέκτως, sine controuersia.
Ἀναμφίλογος, idem Xen. in symp. Ἀναμφιλόγως, idem quod ἀναμφιλέκτως.
Ἀντιλέγω, cōtradico, nego. Cum datiuo, apud Xen. αἰσχυνοίμην ἂν τούτοις ἀντιλέγων. Cum accus. idem. Pæd. 1. οὐδ᾽ ἐν ἔδει αὐτὸ ἀντιλέγειν. Cum vtroque. Aristop. Τοῖς νόμοις καὶ ταῖς δίκαις τἀναντία ἀντιλέξαι. Cum πρὸς, apud Xenop. in symp. καὶ ἔτι ἔχω πρός σε ἀντιλέγειν. Interdum sequente ὡς οὐ. Thucy. ἀντιλέγω ὡς οὐ πάνυ βεβαίως πονηρὰ τὰ πράγματα εἴη. Aliquando expro. recuso. Item ambigo, altercor, dissentio. Isocr. in Archid. περὶ τοῦ συμφέροντος ἀντιλεγόμενον.
Ἀντιλέγεται, dicitur res de qua ambigitur, vel cui cōtradicitur. Xen. Hell. 6. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἀντιλέγεται. Et τὰ ἀντιλεγόμενα, controuersia, de quibus inter partes non conuenit, quibus opp. ὁμολογούμενα.
Ἀντίλεξις, contradictio. Hippocr.
Ἀντίλεκτος, id contradictione positus, controuersus, dubius. Thuc. lib. 4.
Ἀντιλογία ἡ, contradictio. Item altercatio, contentio. Dem. Item refutatio. Herod.
Ἀντιλογικὸς aptus ad contradicendum, contradicendi peritus vel refutandi. Aristoph.
Ἀντιλογέω, ῶ, idem quod ἀντιλέγω. apud eundem.
*Decomp.* Ἀναντίλεκτος cui contradici non potest, cui nemo refragari potest. Ioseph. Ἀναντιλέκτως, citra contradictionem nemine contradicente. (potest.
Εὐαντίλεκτος, cui facilè contradici potest, qui facilè refelli
Δυσαντίλεκτος, cui vix cōtradici potest, qui vix refelli potest.

Ἀπολέγω,

Ἀπολέγω, interdico, veto. Polyb. l.2. διότι ὁ Πτολεμαῖος τὰ μὲν χορηγεῖν ἀπολέγει, &c. Item declaro, prodo, effero. Philo de mundo, τοῦ δὲ τί ἂν εἴη χαλεπώτερον, ἢ μᾶλλον ἀπολέξαι τὴν ἐν τῇ ψυχῇ δυσχέρειαν δυναμένων.

Ἀπόλογος, narratio longa & verbosa, seu fabulosa: vnde prouerb. Ἀλκίνου ἀπόλογος, apud Plat. lib. 10. de rep. & Aristot. de arte poetica. Exponitur etiam fabula moralis, ex Cic. de Orat. lib. 2.

Ἀπολογία, ἡ, quod dicitur pro defensione alicuius, causæ dictio, excusatio. Isocr. in Busir. encom. Æschin. Plato, & alij.

Ἀπολογέομαι, οῦμαι, loquor aliquid pro defensione seu excusatione alicuius, excuso. Æschin. contra Ctesiph. ὁ μὲν γὰρ κατήγορος ἀπολογεῖται, ὁ δὲ φεύγων τὴν γραφὴν κατηγορεῖ. Interdū cum accus. vt ἀπολογεῖσθαι δίκην, defensionē causæ dicere. Plut. Et ἀπολογεῖσθαι αἰτίας πολέμου propter causas belli se excusare. Polyb. Interdum cum propos. addita accus. vt apud Luc. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα, ad accusationes respondebo. Et cum accus. & præpos. Dicitur enim ταῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπολελόγημαι, hæc pro accusatione mei dixi, apud eundem. Dicitur & sine accus. ἀπολογεῖσθαι ὑπέρ τινος, defendere aliquem. Et cum περὶ, apud Isocr. in Helen. Iungitur & dat. apud Plut. in Them.

Ἀπολόγημα, τὸ, quod pro defensione dicitur, excusatio. Plut. in Rom. & alibi.

Ἀπολογητικός, οῦ, ὁ, defensorius, ad defendendam causam valens: vnde ἀπολογητικοὶ λόγοι, libri ad defendendum aliquid scripti cuiusmodi sunt Iustini martyris.

Ἀπολογίζομαι, enarro percenseo, commemoro. Polyb. ἀπολογιζόμενοι τὴν περὶ σφᾶς ἀπειρίαν καὶ δυσχρηστίαν.

Ἀπολογισμός, defensio excusatio. Polyb. l. 4.

*Decom.* Ἀναπολόγητος, qui defendi non potest seu excusari, pro cuius defensione nihil afferri potest. Vtitur Cic. ad Att. l. 1. & Paul. Rom. 1.

Δυσαπολόγητος qui difficulter defenditur seu excusatur. Poly.

Ἐπαπολογοῦμαι, insuper defendo, seu simpliciter, defendo, refello Plutarch.

Εὐαπολόγητον, quod facilè excusari potest.

Συναπολογέομαι οῦμαι simul defendo seu patrocinor. Æschin.

Διαλέγομαι, colloquor, sermocinor, dissero. Plat. in Apol. ὀλίγον γὰρ χρόνον ἀλλήλοις διειλέγμεθα. Idem. χαίρω διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις Dicitur & διαλέγομαί σοι ταῦτα, apud Xen. & ἃ πρὸς Ἀντιφῶντα διελέχθη, apud eundem Et apud Plut. βραχέα διελέχθησαν. Nonnunquā cum dat. & præpos. περὶ: vt apud Herod. l. 6. περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας διαλέγεσθαι. Alia construct. apud Plut. in epist. ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον περὶ τῶν Δίωνος πραγμάτων οὐδὲν ἔτι διαλεγόμην. Item orationem publicè habeo, apud Isocr.

Διάλεξις sermocinatio. dissertatio. Plut. Greg.

Διάλεκτος ου ἡ, sermo vnicuique genti peculiaris, seu sermonis forma Plut. in quæst. Rom. Exponitur etiam colloquium apud Plat. in symp.

Διαλεκτικὸς, οῦ, ὁ, ad sermocinationē pertinens. Item sermocinator. fabulator vt exp. apud Aristot. Item peritus artis quæ Dialectica vocatur, seu qui interrogare & respondere nouit, vt Plato in Cratylo definit. Itē pertinens ad artem dialecticā.

Διαλεκτικὴ (sub. τέχνη ars disserendi, vel disputatrix. Propriè sic vocatur ea pars Dialecticæ quæ probabiliter de qualibet re disserere docet. alio nomine τοπικὴ, vt patet ex c. 22. li. 1. pr. anal. Arist. Vsurpatur etiam pro metaphysica seu prima philosophia. apud Plat. l. 7 de rep.

Διαλεκτικῶς, dialecticè. i. vt conuenit arti dialecticæ, & eius præceptis, seu more eorum qui dialectici vocantur.

Διάλογος, ου, ὁ. sermocinatio, sermo aliquorum disserentium aut confabulantium. Exponitur etiam sermo ex interrogatione & responsione constans. vide Fab. l. 9. c. 2.

Διαλογικὸς, ad dialogos pertinens, seu ad dialogorū scriptionem.

Διαλογίζομαι, dissero, discepto. Xē. συνῆσαν διαλογιζόμενοι περὶ αὐτῶν σκοπούμενοι ἤδη ὅπῃ τὸ δυνατὸν εἴη. Itē dissero, discepto

Διαλογισμὸς, sermocinatio, confabulatio. Plut. in apophth.

*Dec.* Προσδιαλέγομαι sermocinor cum aliquo, colloquor. Plut. & Synes. Προσδιάλεξις, sermocinatio.

Ἐκλογέομαι idem quod ἀπολογοῦμαι crimen aliquod verbis diluo, loquor pro defensione alicuius aut excusatione. Appian. in Mithrid. ὁ δὲ ἐλθὼν ἐξελογεῖτο περὶ τῶν γεγενότων. Sic & apud eundem de bello ciuili lib 5.

Ἐπιλέγω, dico post (alia) præterea dico, seu dictis addo: vnde pass. apud Arist. ἐπιλέγεταί τις μῦθος, additur his fabula. Cū dat. exp. etiā dico de: vt apud Aristot. eth. ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις, vnde de rectè factis dicere solent. Et cū dat. pers. sermonē adiungo, *post factum aliquid videlicet.* Sic apud Xen. pæd. 1. τὸν Κῦρον λαβόντα τῶν κρεῶν διαδιδόναι τοῖς ἀμφὶ τὸν πάππον θεράπουσιν, ἐπιλέγοντα ἑκάστῳ, &c. carnibus in singulos ministros distributis vnicuiq; verba hæc addidisse. &c. Interdum cum accus. vt apud Thu. li. 6. ἐπιλέγοντες τεκμήρια, post alia dicētes. Expon. etiam statim subiicio, seu effor, apud Plu. symp. 6. διὰ θυρῶν ἐξελαύνων, ἐπιλέγειν....

Ἐπίλογος, ου, ὁ, dictum quod subiungitur ad reddendā eius quod præcedit rationem. Arist. 2. rhet. Item apud Rhetores, orationis extrema pars quę antè dictis ἐπιλέγεται, peroratio.

*Dec.* Προσεπιλέγω, idē quod ἐπιλέγω dictis addo, seu insuper dico. Thē. phys. 7. ἀλλ' οὐ δὲ Ἀναξαγόρας τὴν αἰτίαν προσεπιλέγει.

Καταλέγω, sigillatim enarro. Od. γ. Ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον ὅπως ἦν τίς τ' ὀπωπῆς. Sic Od. δ. Τοὶ γὰρ ἐγώ τοι ξεῖνε μάλ' ἀτρεκέως καταλέξω. Sic & Il. κ. & alibi, apud Hom.

Καταλογάδην, prosaicè, prosa oratione. Isocr. & Plut. de fort. Rom.

Παραλέγω absurda loquor, deliro. Hippoc. epidem. l. 1.

Παράλογος, vide in comp. à λόγος ratio.

Περιλέγειν, circumloqui, verborum circuitionibus vti: superfluā & inutilia loqui. Poll. ex Hermippo comico.

Περίλεξις, circūloquutio, copia dicēdi & latius interpretādi: seu futilis loquacitas, superuacanea dictio. Aristop. in Nub.

Προλέγω, prædico, Item pręmoneo, profiteor. Plut de Socr. dęm. καὶ γὰρ προεῖπεν καὶ προὔλεγον. Æsch. προλέγω ὑμῖν ὅτι λήσετε &c.

Πρόλογος, (q. d. proloquium, i. anteloquium) id quod dicitur ante cætera: peculiariter apud comicos & tragicos poëtas Sic nominatur quæ comœdiæ seu tragœdiæ præponitur præfatio. Arist. rhet. 8.

Προλογίζω, præfor: seu primus in scenam prodiens verba facio. Exponitur etiam, prior verba facio. Suid.

Προσλέγω, insuper dico Προσλέγομαι alloquor: vnde apud Hom. Od. μ. Εἴσε τε καὶ προσέλεκτο, καὶ ἐξερέεινεν ἕκαστα. allocuta est, sicut schol. exp. & etiam Eust. quum inquit, προσέλεκτο, μάλιστα σημαίνειν ὁμιλίαν διὰ λόγων.

*Composita, sine præposit.*

Ἄλεκτος, qui dici non potest, ineffabilis. Philo.

Ἀξιόλεκτος, dictu dignus. laudabilis.

Αὐτολεξεὶ, ad verbum. αὐταῖς λέξεσι, vel κατὰ λέξιν.

Δικολέκτης ου ὁ, causidicus in Epigr.

Εὔλεξις λόγος oratio habens bona vocabula. Luc. in Lexiph.

Κοινολεκτῶς, vulgari sermone, communi lingua.

Κυριολεκτεῖν propriè loqui. Eust.

Κυριολεξία, proprietas loquendi. Eust.

Μυριόλεκτος. qui ab infinitis dicitur. Xen. Hell. 5.

Ἄγγελος Ἔλεγος. quomodo huc pertineant, vide suis locis.

¶ *De nomine* Λόγος *cum suo comitatu.*

Λόγος, ου ὁ dictū, verbū: vt ὁ παλαιὸς λόγος, vetus dictum, apud Plat. in symp Sic apud Herodia. παντὸς λόγου θᾶττον, & apud Synes. θᾶττον ἢ λόγος, dicto citius. Sæpe inter se opponuntur λόγῳ & ἔργῳ, vt Latinè re & verbo Item sermo oratio, verba. Xen. Hell. 4. ἤρξατο λόγου, inchoauit sermonē. Aristop. in Nub. ἀπεσχίσας μου τὸν λόγον abrupisti mihi sermonem. λόγος Δημοσθένους, &c. oratio. Dem. Et λόγους ποιεῖσθαι. apud Isocr. in Areop. verba facere orationem habere. Item sermo, i. rumor, fama. Thuc. l. 7. διῆλθεν ὁ λόγος ὅτι, &c. Sic apud Plut. in Sert. λόγους διαδιδόναι, rumores in vulgus disseminare. Dicitur & ὡς λόγος. sub ἐστὶ, vt fama est, vt ferunt, apud Herodia. 1 Exponitur etiam, opinio: vt Greg. ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, vt mea fert opinio. Item λόγος, liber, tractatus: vt apud Luc. ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος. Sic & apud Plut. Gal. &c. Aliquando pro definitione ponitur, apud Arist. post. anal. c. 8. & 12. In plur. λόγοι studia literarum & disciplinæ liberales: vnde οἱ ἀμφὶ τοὺς λόγους. Greg. literati homines. Et οἱ ἐπὶ λόγοις εὐδόκιμοι. Herod. homines insigni doctrina præditi.

Λόγος, ratio: vt apud Arist. eth. lib. 9. c. 8 κατὰ λόγον ζῆν. Et apud Dem. λόγον ἔχει, rationi consentaneum est. Sic κατὰ λόγον γίνεται apud Plut. cū ratione fit, non abs re fit. Sic dicitur λόγον διδόναι vel ὑπέχειν, rationē reddere & causam dicere. Itē pro ἀναλογία, proportio. Aristot. in hist. an. καὶ τοῦτο τὸ μόριον φαίνεται μεῖζον ὂν κατὰ λόγον τοῦ ὅλου σώματος, i. proportione. Sic & apud Plat. in Phædone, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, pro pari portione Item mens, mentis conceptus, cogitatio: vt apud Plat. in Parmenide, λόγῳ λαβεῖν & τῇ διανοίᾳ λαβεῖν, pro eodem,

¶ *Deriuata à* Λόγος *in prima signif.*

Λογικὸς οῦ ὁ, qui sermocinari potest, sermocinans, sermocinator. Greg. de homine. Item eloquens facundus: idem in epitaphio patris. Item dialecticus pertinens ad scientiam disserendi. Et λογικὴ (sub. τέχνη) ars disserendi. Luc. in dial. cui titulus βίων πρᾶσις. Apud Rhetores autem λογικὸς πούς dicitur pes in prosa oratione vsitatus. Demet. Phaler. Alias signif. vide in λόγος, i. ratio. Λογικῶς, verbis, disserendi modo.

Λόγιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, mentione dignus, memorabilis, seu celebris, nobilis. Herodot. in Vran. & Eut. Item æstimabilis, æstimatione dignus.

Λόγιος, ου, ὁ, celebris, memorabilis. Philo de vita M. lib. 2. Apud antiquos sic dicebatur, qui vnaquaque natione patria instituta interpretari & eloqui poterat, h. e. historię & antiquitatis peritus, & in ea re facundus, vt apud Arist. polit. 6 Postea omnes diserti sic appellari cœperunt. Moschopul. Sic dicitur etiam, fatidicus & vates. Plut. in Sylla & Arrian. l. 6. Item magnificus Demetr. Phaler. ¶ Λόγιον, ου τὸ, oraculum responsum diuinum: propriè. vt volunt grammat. datum oratione soluta. Thu. l. 1. Philo de vita M. l. 1. Aristoph. in Vesp. Ecclesiastici autem

scriptores λόγια, appellant testimonia Prophetarum & Apostolorum. Et θεῖα λόγια, diuina oracula, sacræ literę. Naz.

Λογιότης, ητος, ἡ, facundia, eloquentia.

Λογιεύς, ιως, ὁ, orator, qui causas dicit. Poll. ex Critia.

Λογεῖον, locus quidam theatri, seu pulpitum in scena super quo stantes histriones fabulam recitant. Etym. A Suid. exp. locus in quo causæ dicuntur. Moschopulo est locus in quo πρὸς τοὺς λόγους διατρίβουσι λογεῖον dicitur etiam os; quoniam per id sermo prodit. Poll. lib. 2. In sacris autem literis dicitur λογεῖον τὸ μάντευμα ὅπερ ἐφόρει ὁ ἱερεὺς, ἐν ᾧ ἦσαν ἐγκεκολαμμένοι οἱ ιβ´ λίθοι. Suidas. Exponitur pectorale Exodi 28.

Λογίδιον & λογάριον, ου, τὸ, verbulum, dictiuncula, oratiuncula. Isocr. contra Soph. Athen. l. 3. item λογίδιον, fabella. Aristoph. in Vesp.

Λογιστήρια, τὰ, dicuntur scholæ in quibus disseritur. Synes. ep. 54. vide & in sequenti classe deriuat. [Lex.

Λογάω. q.d. dicturio, dicere seu fari & disserere cupio. Luc. in

*Composita.*

Ἀειλογία, ἡ, [q.d. semperloquium] verbositas. Suid. & Hesy. item dicendæ causæ, aut orationis reddendæ necessitas, sine præscriptione aut temporis, aut personæ, aut rei iam iudicatæ & finitæ. Demost. περὶ παραπρεσβ.

Ἀειλογέω, ῶ, semper loquor. Hesyc. & Suid.

Αἰσχρολόγος, qui turpia & obscœna loquitur.

Αἰσχρολογία, sermo turpis seu obscœnus, sermonis turpitudo. Arist. eth. 4. c. 8. & polit. 7. (mone.

Αἰσχρολογέω, ῶ, turpia loquor, turpis & obscœnus sum in ser

Αἰτιολόγος, qui causam dicit cur, qui rationem reddit: qui rationibus vtitur & probationibus. (9. c. 3.

Αἰτιολογία, causæ redditio: schema apud Rhet. de quo Fab. l.

Αἰτιολογικὸς, peritus ætiologiarũ, qui rationem reddere nouit eius quod in quæstione versatur: apud Sext. philosophum. item causalis, causæ redditiuus. Αἰτιολογικὴ, pars medicinæ quæ de causarum differentiis & viribus disserit.

Αἰτιολογέω, ῶ, rationem reddo, apud Sext. philos.

*Decomp.* Ἀναιτιολόγητος, cuius ratio reddi non potest. Alex. Aphr. in probl. Diosc. lib. 7. cap. 1.

Ἀκαιρολογία, intempestiua ratiocinatio. Hesych.

Ἀκριβολόγος, accurato sermone vtens, exquisito sermone aliquid exprimens. Et generalius, exquisita diligentia in quouis dicto seu facto vtens.

Ἀκριβολογία, accurata discussio vel examinatio aut tractatio. Arist. rhet. l. 1. ad Theod. Ponitur & in vitio pro accurata impensæ & sumptuum examinatio, apud eundem eth. 4.

Ἀκριβολογέω, ῶ, accuratè perpendo & examino. Chrysost. in 8 ad Rom. τί φιλοσοφεῖς ἀκαίρως καὶ ἀκριβολογεῖς περὶ τούτων;

Ἀκριβολογοῦμαι, eisdem exactè perpendo & excutio, exquisitè disputo & æstimo. Æsch. contra Timarch. ἵνα μή τις εἴπῃ ὡς ἄρα ἀκριβολογοῦμαι ἅπαντα. Dem ἐμοῦ περὶ τούτων ἀκριβολογουμένου. item exactam sumptuum rationem subduco.

*Decom.* Διακριβολογοῦμαι, accuratè discutio. item enucleatè dissero.

Ἄλογος, facultatis dicendi expers. Ἄλογα, non dicenda, nefanda. Soph. in Thyeste. Ἄλογοι ἡμέραι quidam exp. dies irriti: alij dies innumerati. Num. c. 6.

Ἀλόγως, sine sermone, sine vllo verbo, cum silentio. Soph.

Ἀλογία, vocatur à Greg. edictum Iuliani quo vetuit Christianos operam dare studiis literarum liberaliũ. itẽ pro silentio. Luc. in Lexiph. Alias signif. vide in comp. à λόγος, i. ratio.

Ἀμουσολογία, verba inerudita & inscita, verba quæ aduersis musis funduntur. Athen. l. 4.

Ἀνθρωπολόγος, de hominib. libenter verba faciens. Arist. in eth.

Ἀξιόλογος, (q.d. mentione dignus) memorabilis, laudabilis. Item non aspernandus, alicuius pretij. Thuc. l. 1. & 3. Xen. Synes.

Ἀξιολόγως, ita vt mẽtione dignũ sit, egregiè, præstãter. Xẽ.

Ἀπεραντολόγος, nullum finem faciens loquendi, multiloquus, verbosus.

Ἀπεραντολογία, verbosa oratio, loquacitas. Luc.

Ἀργολογία, sermo otiosus & inutilis.

Ἀργολογέω, ῶ otiosa & superuacanea dico. Basil.

Ἀρχαιολογία, sermo aut historia de rebus antiquis. Plut. de Herodot.

Ἀρχαιολογέω, ῶ, antiqua memoro, de antiquis dissero, seu scribo. Luc. Thuc. l. 7. item antiquis verbis vtor.

Ἀστειολογία, facetiæ, vrbanitas sermonis. Luc.

Ἀστρολόγος, antiquitùs idem dicebatur qui & ἀστρονόμος, i. sciẽtiæ siderum peritus: recentioribus verò Mathematicis ἀστρολόγος dicitur qui effectus siderum prædicit.

Ἀστρολογία, scientia astrologorum.

Ἀστρολογικὸς ad astrologiam seu astrologos pertinens. Plutarc. de solert. anim.

Ἀστρολογέω, circa astrologiã versor, astrologiã tracto. Ath. l. 9.

Βαττολογέω, ῶ, exili voce balbutio, lingua titubo & hæsito (veluti Battus ille Cyrenæorũ princeps) vel vnum idémque verbum sæpius repeto, nugor, deblatero, sicut Battus ille poeta in hymnis suis idẽ repetens: aut etiam multa inaniter garrio. Matth. 6.



Βαττολογία, titubantia & offensio in loquendo, hæsitantia. item multiloquium, loquacitas. Hesych.

Βραχυλόγος, breuis in sermone, qui breuiter dicit aliquid aut loquitur. Plut. in Lycurgo.

Βραχυλογία, breuitas sermonis aut orationis. Fab. l. 8. c. 3.

Βραχυλογέω, breuis sum in dicendo. Plut. in apophth.

Γαστρολόγος, qui de rebus ventri gratis disserit & eas exponit.

Γαστρολογία, liber quo hæc exponuntur. (scriptor. Laert.

Γενεαλόγος, qui originem & genus alicuius narrat, genealogiæ

Γενεαλογία, genealogia, recẽsio generis, series generis. (l. 2.

Γενεαλογικὸς, ad generis recẽsionẽ pertinẽs. Philo de vita M.

Γενεαλογέω, generis seriem deduco, seriem generis memoro. Herodot. γενεαλογήσαντι αὐτῷ ἐπὶ τὴν γένεσιν. Iustin. γενεαλογεῖν τοὺς θεούς. Sic γενεαλογοῦσι τὸν λυκοῦργον, apud Plutar. Et cum genit. vt γενεαλογῶ Θαύμαντος, à Thaumante genus dico. item metaph. oratione rem aliquam veluti per generis seriem deduco. Luc. γενεαλογεῖν περὶ ὀρχήσεως, &c.

*Decom.* Ἀγενεαλόγητος, cuius generis origo reddi vel inueniri nequit, cuius progenies non enarratur in ep. ad Heb. & apud Greg.

Ἀντιγενεαλογέω, ῶ, contrario modo genealogiam deduco, contrariam generis seriem recenseo. Herodot. in Eut.

Συγγενεαλογῶ, simul refero generis seriem, apud eundẽ ib.

Γενεθλιαλόγος seu γενεθλιολόγος, qui notationes & prædictiones facit ex natali die. (natalitiis.

Γενεθλιαλογία, prædictio ex natali die, notationes ex siderib.

Γνωμολόγος, q.d. sententiæ proloquutor, vel sententiarum.

Γνωμολογία, sententiarum proloquutio seu sententiæ, aut etiam, sententia quam aliquis loquitur. Plut. in polit. præc.

Γνωμολογικὸς, gnomologiæ conueniens, seu ad gnomologiam pertinens. Demetr. Phal.

Γνωμολογικῶς, sententiosè. Suid.

Γνωμολογέω sententiam eloquor, vel sententias, sententiosè loquor. Plu. in li. de frat. char. ἐγνωμολόγει πρὸς τοὺς παῖδας. Vtitur & Athen. l. 10. & Laer. in Epicharmo, & Arist. rhet. l. 1.

Δεινολογία, oratio amplificans & exaggerans rei indignitatem.

Δεινολογοῦμαι, quiritor, grauem iniuriam me passum esse dico. Herodot. in Melpom. Plut. in Sertor. Item crimen amplifico, rei indignitatem exaggero.

Δεκάλογος, decem præcepta.

Δευτερολογία, secundæ partes in dicendo, secunda actio, seu secundæ agendi vices. Aphth. in Progymnasm.

Δευτερολογέω, secundo loco dico, secundas in dicendo partes obtineo. Item sermonem iterum habeo. Macchab. l. 2. c. 13.

Δικαιολόγος idẽ quod δικολόγος. Δικαιολογία, causæ suæ defensio iuris sui in mediũ prolatio. Plut. in Pericle. Philo de vita M. l. 3. Expon. & id quod pro causæ firmamento dici potęst. Liban. in arg. orat. contra Leptin. Est & figura oratoria, apud Rutil. Lup. cum æquitatem causæ quammaximè breui sententia complectimur. Δικαιολογικὸς, iuridicialis.

Δικαιολογέω iudicio contendo & litigo, iura mea allego seu profero, causificor. Arist. rhet. 1.

Δικαιολογέομαι, idem. Item generaliter disceptο. Luc. de sacrif. & in Prom. & apud Plut.

Δικολόγος, causidicus, causarum orator. Plut. de frat. charit.

Δικολογέω, causas dico. Exponitur etiam iudiciales pręceptiones trado. Arist. in rhet.

Διττολογέω, siue διττολογέω, & διλογέω, geminato verbo loquor. Item bis dico. Synes. διττολογίαι dicuntur etiam quæ duobus modis efferuntur.

Δοξολογία, celebratio quæ fit recensendo quæ ad gloriam seu honorem alicuius pertinent.

Δοξολογέω, ῶ, gloriosa celebratione colo. Basil.

*Dec.* Ἐνδοξολογέω, ῶ, gloriã in sermone aucupor. Laert.

Παραδοξολόγος qui paradoxa dicit.

Παραδοξολογία, oratio paradoxa, quod præter seu contra omnium opinionem dicitur. Æschin.

Παραδοξολογέω, paradoxè loquor, dico præter seu contra omnium opinionem. Hermog.

Εἰκοτολογέω, ῶ similitudinẽ veri cõsequor in iis quæ dico. Hesyc.

Ἐλεεινολογέω, ῶ, miserabiliter loquor, miserabilem vocem edo.

Ἐλεεινολογία, oratio miserabilis. Plato in Phædro.

*Dec.* Ἐλεεινολογῶν, misericordiam oratione captans, misericordiam verbis captare pergens.

Ἐλλόγιμος, idem quod λόγιμος. Plato, Plutarc. Laert. Item eloquens. Hermog. Item doctus, literatus. Philo de mundo.

Ἐναντιολογία, contradictio.

Ἐτυμολόγος, qui origines verborum indicat seu explicat.

Ἐτυμολογία, originis verborum indicatio, notatio. Cic. q.d. veriloquium. (darum.

Ἐτυμολογικὸς, etymologicus, peritus etymologiarũ explicã-

Ἐτυμολογέω, ῶ, origines verborum indico. Athen. lib. 2.

*Decom.* Δυσετυμολόγητον ὄνομα, nomen cuius etymologia vix reddi potest. (then. l. 7. & 2.

Παρετυμολογούμενον ὄνομα, dicit qui ad etymon eius alludit. A-

Εὐθυλογέω, rectè loquor.

Εὐλογία, honestus sermo. Plato. Item laus, prædicatio. Thuc. l. 1. item benedictio, vt theologi loquuntur. Philo de vita M. l. 1. Et pro eleemosyna à fratribus beneuolis & bene precantibus collata 2. Cor. 9.

Εὐλογέω, bene dico: vt εὐλογεῖν τὰς δίκας, bene agere seu dicere causas. Isocr. de permutat. item laudo, prædico. Aristoph. in equit. εὐλογεῖσθαι βουλόμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν. Isocr. in Panath. ὡς ἡ ἐπιθυμίας εὐλογεῖς αὐτοὺς, item bene precor, faustis imprecationibus prosequor. Gen. 2. Matth. 5. &c.

Εὐλογητὸς, benedictus, laudatus. Lucæ 1. & alibi in N. Test.

*Decomp.* Κατευλογέω, deprædico, prædico, laudib. extollo.

Εὑρησιλόγος, solers in inueniendis verbis, facūdus, disertus. Laër. in Arcesil. itē nugator, & verborū funditator. Suid. & Hesych.

Εὑρησιλογία, solertia vel promptitudo in inueniendis & proferendis verbis, facundia. Laërt. in Stilpone. item loquacitas & inanium verborum funditatio. Reperitur & εὑρησιλογία, apud Plutarch. & Phil.

Εὑρησιλογέω, ῶ, promptè & solerter verba inuenio. item verba fundo, & verba fundito. Polyb. Reperitur & εὑρησιλογέω, apud Athen. lib. 5.

Εὐσχημολογέω, honestè loquor & scitè. Gaza de senectute.

Ἡδύλογος, suauiloquens, suauiloquus. [quor, adulor.

Ἡδυλογέω, loquor quæ iucunda sunt & grata, ad placitū lo-

Ἡδυλογία, suauitas sermonis, suauiloquentia.

Ἠθολόγοι, morum effictores, affectuúmque personæ cuiusque θεατρικοί. Vtitur Cic. 2. de Orat.

Ἠθολογία, figura oratoria, quum verbis sonóque vocis exprimuntur ac describuntur hominis alicuius affectus & mores. Rutil. Lup.

Ἡμερολογέω, ῶ, dies supputo, ἡμερολογεῖν χρόνον, apud Herodot. exp. dierum singulorum rationem obseruare.

Ἡμερολόγιον, fasti, calendarium. Plut. in Cæsare.

Θεολόγος, qui de Deo, diuíve disserit aut loquitur, aut de reb. diuinis, rerum diuinarum consultus. Plut. de def. orac. πλεῖστον ἢ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνουσιν οἱ Δελφῶν θεολόγοι.

Θεολογία, sermo aut dissertatio de Deo rebúsve diuinis. Plato l. 2. de polit.

Θεολογικὸς, pertinens ad eos qui de Deo rebúsve diuinis agunt, theologicus. Aristot. metaphys. l. 10. c. 6. Exponitur & theologiæ peritus, theologiæ deditus, apud Naz.

Θεολογέω, ῶ, de Deo loquor, de rebus diuinis dissero: vel dissero aut commentor more eorum qui rerum diuinarum scientiam profitentur. Aristot. de mundo, θεολογοῦμεν περὶ τούτων συμπάντων. Areop. θεολογεῖν τὰ περὶ ἱεράρχου, theologicè explicare & commentari. Inuenitur & passiuum θεολογοῦμαι, apud Plutarch. de def. orac.

Ἰατρολογέω, ῶ, de medicina dissero. Laërt.

*Decomp.* Ἀνιατρολόγητος, ignarus eorum quæ de medicina differuntur, rationis medicinæ imperitus.

Ἰδιολογία, propria & peculiaris loquendi ratio.

Ἱερολογέω, ῶ, de sacris rebus loquor, seu dissero, sacra verba pronuncio. Dionys. Areop.

Ἱερολογία, ea quæ in Ecclesia recitātur, quasi sacri sermones.

Καινολογία, sermonis nouitas, noua loquendi ratio.

Κακολόγος, maledicus Aristot. eth. 4.

Κακολογία, maledictio, maledicentia. Plut. περὶ πολυπραγμ. Item maledictum, i. probrum à maledico ingestum.

Κακολογικὸς, ad maledicendum factus, vituperatorius.

Κακολογέω, maledico, congero maledicta in aliquem. Plut. de Herodot. Item malè precor, diras & omnia mala imprecor. Matth. 15. & Marci 7.

Καλλιλογέω, ῶ, eleganter dico, venustè scitéque dico vel loquor.

Καλλιλογία, elegans venustáque dictio, vis benedicendi.

Κενολογεῖν, inaniter loqui, superuacanea dicere. Aristot.

Κιναιδολόγος, turpiloquus, cinædica impudentia in loquendo vtens. Athen. lib. 14.

Κοινολογέομαι, οῦμαι, confero sermones cum aliquo de re quapiam, sero colloquia cum aliquo. Aristot. in polit. κοινολογησάμενος τοῖς Σαμίοις. Polyb. κοινολογηθεὶς τῆς ὅλης ἐπιβουλῆς Νικοφάνει. Sic & κοινολογεῖσθαι πρός τινα, consilia cum aliquo agitare. Luc.

Κοσμολογία, dissertatio de mundo, sermo qui habetur de mundo.

Κοσμολογικὸς, ad κοσμολογίαν pertinens: vnde κοσμολογικὴ φιλοσοφία, eadem quæ & φυσικὴ, apud Dionys. Areop.

Κουφολόγος, qui leuis est in verbis. Κουφολογία, verba leuia, leuitas verborum.

Κτηματολογία, dicere cuius sit hoc vel illud κτῆμα. Gaza.

Κυριολογεῖν, propriè loqui: vnde κυριολογεῖσθαι, propriè dici. Instit. ἐκ ἔν ὄνομα ἐπὶ θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν. Sic & apud Philon. de vita Mos. (Longin.

Κυριολογία, sermo seu oratio propriis cōstans verbis. Dion.

*Decomp.* Ἀκυρολογία, impropriertas sermonis, impropriuum genus loquendi: vnū ex vitiis quæ in sermone notāt grāmatici.

Ἀκυρολογέω, impropriè loquor. [gutus.

Λεπτολόγος, qui subtiliter & minutatim disserit de aliqua re, ar-

Λεπτολογέω siue λεπτολογέομαι, minuta & subtilia disputo, subtiliter & argutè dissero. Aristoph. Luc.

Λεπτολόγημα, quod & λεπτολογία, subtilis de minimis rebus (disputatio.

Λεπτολεσχής, argutator. Aristoph. in auib.

*Decomp.* Διαλεπτολογοῦμαι, idem quod λεπτολογέω. Aristoph. in auib.

Καταλεπτολογέω, ῶ, subtiliter & argutè rimor, apud eundem.

Μακρολόγος, qui longa oratione vtitur, prolixus in sermonibus seu oratione. Ammon. (rhet. 3.

Μακρολογία, prolixitas in dicendo, sermo prolixus. Aristot.

Μακρολογέω, longa oratione vtor. Herodian. & Athen. li. 6.

Ματαιολόγος, vanus in loquendo, seu vaniloquus, vanidicus.

Ματαιολογία, vaniloquentia, seu verba vana.

Ματαιολόγος, vaniloquus. Hom. hymn. in Merc.

Μεταξυλογία, interloquutio seu interfatio. Et pro parenthesi, in ud schol. Thuc.

Μετεωρολόγος, qui de rebus sublimibus (*id est*, cœlestibus) verba facit, seu disputat. Plato in Cratylo.

Μετεωρολογία, sermo de rebus sublimibus, seu disputatio. item in Phædro.

Μετεωρολογικὸς, ad meteorologiam pertinens.

Μετεωρολογέω, de sublimibus rebus verba facio, aut commentor & scribo. idem in Axiocho.

Μετριολόγος, moderatus in verbis. Antiphon.

Μικρολογία seu σμικρολογία, oratio tenuis, nullámque habens verborum & sententiarum dignitatem. apud Suid.

Μικρολογέομαι, οῦμαι seu σμικρολογέομαι, οῦμαι, de rebus minutis & leuibus accuratè disputo. Luc.

*Decomp.* Καταμικρολογεῖν τὴν φύσιν, de natura loqui vt parca & restricta, obloqui naturæ vt parcæ. Hippocr. in epist. ad Demag.

Μιμολόγος, qui mimos recitat. in Epigr. κῆνω μιμολόγος dicitur, quòd humanam vocem imitetur.

Μιμολογέω, mimos recito, aut mimicè recito. Strabo l. 5.

Μισολόγος, qui disputationes odit & literas seu politiorem literaturam exosus, indoctus.

Μισολογία, odium bonarum literarum. Plut. in Herodot.

Μισολογέω, ῶ, bonas literas odi: & per consequens, imperitus sum. Poll.

Μυθολόγος, fabularum narrator. Plato de leg.

Μυθολογία, narratio fabularum, vel fabulosa narratio.

Μυθολογικὸς, ad fabularum narrationem pertinens. item qui valet comminiscendis fabulis. Plato.

Μυθολογέω, fabulas narro, vel fabulam narro. Isoc. in Archid. ἐ γδ παρὼν καιρὸς ἐκ ἐᾷ μυθολογεῖν, idē cū accus. τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πολέμους τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγησε. item fabulosè narro.

Μυθολογέομαι, fabulosè narror. Plato. Dem. item actiuè, apud Theophr. ep. 14.

Μυθολόγημα, narratio fabulosa, res quæ fabulosè narratur.

Μυθολογεύω, fabulor. Et simp. pro loquor, seu dico. Od. μ. τί τοι ταῦτα μυθολογεύω; Sic & apud Phocyl. Μήτε μὲν φαγίεντα ποιεῖν καὶ μυθολογεύειν.

*Decomp.* Διαμυθολογέω seu διαμυθολογέομαι, confabulor. Plato in Apol. ἐδὲν κωλύει διαμυθολογῆσαι πρὸς ἀλλήλους. Exponitur etiam dissero, disputo, apud eundem in Phæd.

Διαμυθολογικῶς, fabulosè.

Καταμυθολογέω σε, fabulas tibi narro seu fabularum narrationibus te occupo aut oblecto. Philostr.

Μωρολόγος, inepta & stulta loquens seu blaterans. Aristot.

Μωρολογία, stultiloquium, stultus sermo seu fatuus, ineptiæ. Ephes. c. 5.

Μωρολογέω, ῶ, stulta, seu inepta loquor, insulsè blatero. Plutarch. μωρολογεῖς ὦ Διονύσιε. Athen. lib. 6. Τέτλαθι δ' ὑπομένειν καὶ ἀνέχου μωρολογοῦντος.

Ὀγκολογέω, cum fastu dico, tumido sermone iacto. Hesych.

Οἰκτολογία, oratio ad misericordiam seu miserationem commouendam, vel qua miseratio mouetur.

Ὁμοιολογία, dictio similis, similia verba. Quintil. l. 8. c. 3.

Ὁμόλογος, (q. d. iisdem verbis vtens) consentiens, assentiens, qui in eadem est sententia seu opinione. Xen. in sym.

Ὁμολόγως, q. d. consentienter. Exponitur conuenienter, congruenter. item apertè sine vlla dubitatione. Oleæ vlt.

Ὁμολογία, consensus, assensus. item conuenientia. Plat. in symp. item pactum, pactio, conditio, compositio. Thuc. Plato. Aristot. item confessio. Isocr. in Busir. & in Test. noui scriptis.

Ὁμολογέω, ῶ, consentio, assentior. Synes. καὶ πολλοῦ δέοντας τῷ πλήθους ἐπαινέσειν ὁμολογῆσαι. Plat. de rep. 1. ὁμολογεῖν Θρασυμάχῳ ὅτι τὸ δίκαιον, ἀλλότριον ἀγαθὸν, in hoc assentiri Thrasymacho. item spondeo, roganti promitto. Plat. ep. 7. ἔξεινομολογῆσαι ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις. Dem. ὅλην τὴν πόλιν καὶ σφᾶς ὡμολόγουν ὑπάρξειν αὐτῷ. Thuc. ὁμολογοῦσι καταλύειν. item confiteor, profiteor. Thuc. l. 2. καὶ τὸ πένεσθαι οὐχ ὁμολογεῖν τινὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ, αἴσχιον. Epigr. lib. 2. ὡμολόγησε φονεύς.

Ὁμολογεῖσθαι, actiuè, assentiri, concedere. Xen. item passiuè signif. dicitur id quod concessum, & aliquorum consensu receptum est. Plut. in Pericle, ὁμολογεῖται γδ ὅτι θυγάτηρ ἦν

Α'ξιόχω. Et cum infinitiuo,conuenit inter nos:vt apud Plat.in epist. ὡμολογήθη νῷν πλεῦσαι εἰκαδ' ἐμέ.

Ὁμολογουμένως,ex confesso.Plut. in Sol. Item conuenienter, concorditer.Xen.cum dat.ὁμολογουμένως τοῖς εἰρημένοις.

Ὁμολόγημα,id de quo conuenit inter aliquos.Et peculiariter id de quo conuenit inter se differentes, quod vtrinque confessum est.Plato.

*Decomp.* Α'νθομολογέω vel ἀνθομολογέομαι,οῦμαι,constituo, paciscor,conuentum & pactum ineo.Plut.in Bruto,καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔβλεπον, ἀνθομολογούμενοι διὰ τ προσώπων ὡς χρὴ μὴ ... τὴν σύλληψιν,nutibus & signis in facie eminentibus constituentes. Et pro,rem exponere. Item vicissim confiteor, vel gratias ago. Luc.c.2. Α'νθομολόγησις pro quo dicitur ἀνθομολογία,confessio, in sacris scripturis.

Α'νομολογέω ῶ,fateor. Α'νομολογέομαι,idem. Plutar.ἀνομολογούμενοι πρὸς ἀλλήλους. Item constituo, i. confessum inter differentes pono. Plato, ἀνομολογησώμεθα τὰ εἰρημένα, constituamus & pro confesso ponamus ea quæ inter nos dicta sunt, seu videamus quid sit ex dictis statutum in quo conueniamus. Item passiuè pro confesso habeor. Dem. ἀνωμολόγημαι τὰ ἄριστα πεποιηκέναι. Philo de mundo, ὁ θεὸς ἐστὶν καὶ ζωῆς ἀνωμολόγηται πρὸς τοῖς ἀληθῶς δοξάζουσι.

Α'νομολογούμενον,non cōsentaneum,nō conueniēs.Aristot.

Α'νομολογία,incongruentia, inconuenientia. Item assensio inter aliquos de re quapiam,constitutio rei cuiuspiam vt confessæ & indubitatæ.Hesych.

Α'νθομολογέομαι, vltrò & mea sponte profiteor. Α'νθομολογούμενον passiuè pro,confesso & indubitato.Luc.

Διομολογέομαι,οῦμαι,confiteor.Hermog.de inuent. Item paciscor, h.e.caueo instrumento & acceptum fero. Item paciscor,conuentum do, ex pacto promitto. Dem. διομολογησάμενοι τοὺς τόκους. Sic & apud Isæum.Et passiuè,pacto promittor. Æschin. Item constituo seu pono ita esse. Plat.in Phileb. οὐχ οὕτω διομολογησάμεθα; Item stipulor,paciscor, à te hoc contendo vt fateare.Plat.lib 6.de rep. Διομολογία,huiusmodi constitutio atque προσδιορισμός. Item sponsio,pactum. Aristot.eth.9.

Προδιομολογέομαι, prius paciscor seu prius conuenio cum aliquo.Aristot.l.3 pr.anal.c.26.

Ε'ξομολογέω ῶ siue ἐξομολογέομαι,οῦμαι,cōfiteor. Marci 1. & Matth.3. Itē palàm profiteor & prædico, ingenuè profiteor & prædico Esaiæ 45.Psalm.18. Item spondeo,i.dico me facturum,polliceor. Lucæ 22. Ε'ξομολόγησις,confessio. Plut. in Pericle.Item professio,prædicatio,gratiarum actio.Suid.

Εὐομολόγητον,clarum & concessu facile. Plato.

Καθομολογέω ῶ confiteor,fateor.Greg. προϊόντος ἤ τ χρόνου τὸν πόθον ἀλλήλοις καθωμολογήκαμεν, mutuo fassi sumus. Item paciscor,ex pactis polliceor,spondeo,despondeo.Exodi c.21.

Καθομολογοῦμαι,interdum actiuè sumitur:vt apud Plut.καθωμολογημένος τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ παρθένον. Interdum passiuè desponsor,promittor.

Παρομολογία,schema est apud Rhetores,de quo vide Quintil.l.9.c.3.& Rutil.Lup.

Προομολογέω,prius confiteor,antè confiteor.Philo de mundo.

Προσομολογέω,insuper fateor vel spondeo. Isocr. Item simpl.fateor,confiteor.Dem.pro coron.

Συνομολογέω,simul sentio,assentior: vel fateor,confiteor. Xen. σὺ δέ μοι δοκεῖς οὕτω συνομολογεῖν.Plat.de rep. ξυνομολογήσεις καὶ ταῦτα. Item conuenio,paciscor.Xenoph.συνωμολόγησας δασμὸν οἴσειν,conuenisti te daturum tributum.

Ὀνοματολόγος, qui nomen seu nomina dicit,nomenclator. Plut.

Ὀρθολογέω ῶ rectè loquor & propriè.Plut.de fato.

Ὀστολογία,liber de ossibus,sermo seu tractatus de ossibus. Gal. in medico.

Ὀψολόγος,qui de opsonijs tractat seu differit.Athen.l.8.

Ὀψολογία sermo de opsonijs,scriptum de delicijs popinalibus. Athen.ibidem.

Παλιλογία,vel παλλιλογία, verbi eiusdē iteratio.Aquila Rom.

Παλιλογέω,vel παλιλλογέω, idem iterum dico. Herodot.in Clione.& Hermog.

Πιθανολογία, persuasoria oratio, seu ad persuadendum accommodata,in ep.ad Coloss.2.Scribitur & πιθανολογία.

Πιθανολογέω, ῶ, oratione persuasoria vtor, vel probabilia dico Aristot.eth.l.1.

Περιαυτολογεῖν,de se loqui,ipsum se prædicare & iactitare.

Περιαυτολογία, suiipsius prædicatio & laudatio. Plut.in Cic.

Περιττολογία siue περιττολογία, expositio rerum superuacuarum.Isocr.in Panath.

Πολυλόγος, qui multa verba facit, qui multis verbis de re aliqua differit,multiloquus. Ammon.Πολύλογος,verò πολλῶν λέγων ὁ τόμος,apud Areop.

Πολυλόγως,multis verbis.

Πολυλογία,verbositas,expositio quæ multis verbis fit, sermo aut oratio de multis.Plut. περὶ πολυλογ.

Πολυλογέω,plura dico,copiosè loquor. Athen.

Πονηρολογία, maledictum, sermo de rebus improbis.

Πρωτολογία,primæ partes dicendi,schol.Demosth.

Πρωτολογέω,primus dico,vel primas dicēdi partes sortitus sū.

Σεμνολόγος,qui grauiter de re aliqua differit: plerunque in malam partem,iactator,ostentator.Dem.pro cor.

Σεμνολογία,dictio grauis,venustus sermo,grauis & lepidus. Dion. Hal. [εἶναι σεμνολογοῦσι.

Σεμνολογέω,glorior,iactito.Herodian.lib.5. δοκεῖ τι αὐτ

Σεμνολογέομαι,grauiter & speciosè loquor. Dem.item glorior,iactito. Basil.Andronico.

Σεμνολόγημα, dictum graue, vel dictum magnificum & honorificum quo aliquis se iactat.

Σπερμολόγος,qui libēs verba fūdit,blatero,loquutuleius.Dem. pro cor. Act.cap.17. Et adiectiuè,loquax,garrulus,nugatorius. Plut.περὶ ἀοργησίας πικρὰ καὶ σπερμολόγα ῥήματα.

Σπερμολογέω,nugor,blatero,seu deblatero,verba loquaci ore fundito.Greg.de filio,orat.1. πολλὰ δ' ἄν ἔτι σπερμολογήσαις εἰδώλοις συνιδεῖναι τ ἐμῶν ... τοῖς θεοῖς καὶ παρεγγράπτων.

Σπερμολογικὸς,nugatorius.Plut.symp.4. &c.

Σπουδαιολογέω, ῶ, de rebus grauibus & serijs loquor: vel graui & serio sermone vtor. Xen.in symp. εἰ δ' ὑμῖν δοκῶ σπουδαιολογῆσαι μᾶλλον ἢ παρὰ ... πότον πρέπει.

Στενολογέω,de rebus friuolis & nugamentis verba facio: vel anxiè me torqueo in aliqua re,arctè aliquid quasi computo.

Στροφολογία,conuersio dictionum.

Συκολόγος,qui de ficis loquitur:& qui indicat ficuum exportatores. Item calumniator.

Συκολογέω,ῶ,de ficubus loquor. Athen.l.3.

Συμμυολόγος,q d cui sermo in ore comprimitur,tacens Hesyc.

Ταπεινολογία,oratio humilis & abiecta:seu qua orator sese deijcit veluti ad pedes iudicū,vt misericordiā sibi cōciliet.Poll.li.2.

Ταυτολόγος,qui idem dicit:vnde ταυτολόγοι κανόνες,in Epigr.

Ταυτολογία,schema rhet.eandem rem pluribus verbis significans. Quintil.l.8.c.3.

Ταυτολογέω, idem ijsdem verbis aut idem significantib. itero. Polyb. περὶ τῶν καλῶς καὶ πολλῶν εἰρημένων ταυτολογεῖν.

Τερατολόγος,qui de monstris loquitur & prodigiosa narrat: vel qui monstrosis verbis vtitur.Poll.ex Plat.

Τερατολογία,ἡ,narratio aut oratio de monstris instituta vel narratio monstrosa & prodigiosa. Athen.l.5.

Τερατολογίας,ὁ,ὁ,idem quod τερατολόγος.Suid.

Τερατολογέω,ῶ,de monstris loquor,prodigiosa narro.Suid.

Τερατολογοῦμαι,monstrosè narror,vel vt monstrum narror.

Τετραλογία,ἡ, dicuntur τέσσαρες λόγοι,seu quatuor dramata tragicorum poetarum.Laërt.in vita Plat.

Τεχνολόγος,qui de arte loquitur: vel qui artificiosè loquitur. Item qui technas suo sermoni adhibet,argutator,sophista. Gregor.Exponitur & artifici j vel artis studiosus.

Τεχνολογία,verba,oratio,seu tractatus in quo verba fiunt de arte Dionys.Longin. Item artificium verborum seu verba artificiosa,apud eundem.

Τεχνολογέω, ῶ, de arte differo, vel artis rationem trado,aut præcepta. Aristot. rhet.l.1. Exponitur etiam, arte loquor seu persequor,artificiosè disputo,argutor. Greg.

*Decomp.* Ε'πιτεχνολογέω ῶ,arte & methodo traditis aliquid adiungo artificiosè differendo. Alex.Aphr.

Κατατεχνολογέω,ῶ,artificiosè distinguo & differo,seu in artem redigo. Greg.de Spiritu Sancto.

Προτεχνολογέω,prius de arte differo:vel prius artificiosè differo tradōve. Alex.Aphr.

Τειχολογέω, ῶ, de rebus leuibus & inanibus discepto, aut rebus leuibus studium impendo. (Apoc.c.6.

Τροπολογέω,ῶ, tropis in sermone vtor,tropicè loquor.Areth. in

Τροπολογία, tropicus & figuratus sermo. Suid. Item quum sermo ad emendationem morum dirigitur.

Ὑμνολογέω,ῶ,siue ὑμνολογίζω,hymnum dico.

Ὑστερολογία,dictio præpostera: quum quod prius dicendum erat posteriori loco,& quod posterius priori efferimus.

Ὑψηλολογέω ῶ,siue ὑψηλολογέομαι,οῦμαι, alta loquor, vtor verbis similibus, orationis sublimitatem consector. Synes. in Sophocl.

Φιλολόγος qui loqui seu differere de aliqua re amat. Plut.symp. 1. Item loquax. Athen.lib.2. εἶναι φιλολόγους πάντας ποιεῖ τοὺς πλεῖον πίνοντας αὐτόν. Item qui libenter audit alios loquentes seu differentes. Item studiosus literarum,vel literatus,doctus. Plut.de orac.Pyth.& de defectu orac.

Φιλολογία, studium seu amor loquendi aut differendi de re aliqua. Item studium seu amor literarum.

Φιλολογέω,libenter differo.Plutar.de philosoph. Item philosophor & differo cum philosophis, apud eundem in Catone minore. (ad Tit.

*Decomp.* Συμφιλολογέω,vnà differo & philosophor. Cic.F.

Μισοφιλόλογος, osor hominum qui literarum sunt studiosi seu sermocinationum, apud Athen.l.13.

Φλυαρολόγος,qui nugas loquitur,nugator.

Φλυαρολογία,sermo nugatorius vel ineptus.

Φλυαρολογέω,ῶ,nugas loquor,nugor.

Φυσιολόγος, qui de natura seu rebus ad naturam pertinentibus differit,

differit, seu qui naturam rerum differendo exquirit seu indagat. Ponitur etiam adiectiuè, apud Plut. de defect. orac.

Φυσιολογία, studium naturæ indagandæ: exponitur & physica disciplina, naturæ indagandæ vel speculandæ seu venandæ ratio.

Φυσιολογικὸς, ad physiologiam pertinens Apud medicos φυσιολογικὴ, sub. θεωρία, pars est medicinæ quæ naturam hominis vniuersam à conceptu ad extremū vsq; senium disquirit.

Φυσιολογέω, ῶ, de natura seu de rebus naturæ dissero, vel disputo, vel naturam rerum differendo indago seu exquiro. Aristot. metaphys. l. 1. item physica ratione probo seu ostendo. Greg. κἀγὼ τὴν γέννησιν τ̃ υἷ φυσιολογήσω.

Χορδολογέω, ῶ. chordis loquor, seu chordarum pulsu loquor, i. fidibus, cano. Plutarch.

Χρησμολόγος, qui oraculum vel oracula edit seu pronunciat, oraculorum interpres. idē vates, fatidicus. Thuc. l. 2. Xen. Hell. 3.

Χρησμολογία & χρησμολόγιον, vaticinium, oraculum. Poll.

Χρησμολογικὴ (sub. τέχνη) vaticinatoria ars, vaticinandi ars seu edendi oracula. idem.

Χρησμολογέω, ῶ oraculum edo vel oracula, vaticinor.

Χρηστολόγος, qui bene loquitur & ex verbis suis bonus vir esse iudicatur: seu qui bonis & blandis verbis decipit homines.

Χρηστολογία, sermo speciosus & virum bonum simulans. Roman. cap. vltim.

Ψευδολόγος, qui falsum dicit, falsiloquus, mendax. Aristop. Dem.

Ψευδολογία, mendacium. Isocr. in Panath.

Ψευδολογέω falsum dico, mentior.

Χρυσολογέω, ῶ, de auro loquor. Lucian. in somn.

Ψηφολόγος, circulator, qui celeritate mouendi seu versandi calculo, soculos spectātiū fallit. Exp. & calculari* circulator. Suid.

Ψηφολογικὸς pertinens ad ψηφολόγους. Greg.

Ψηφολογεῖν, artem illam circulatoriam exercere. Putatur & significare sternere mosaico opere & vermiculato. Tobiæ c. vlt.

Ψυχρολόγος, qui frigidè dicit, qui frigida oratione vtitur.

Ψυχρολογία dictio frigida, sermo frigidus. Luc.

Ψυχρολογέω, frigidè dico, frigida oratione aut sermone vtor.

Ὡρολογέω ῶ, horas indico.

Ὡρολογητὴς ȣ̃. ὁ, horarum index. Athen. lib. 9.

Ὡρολόγιον. ου. τὸ, instrumentum quoddam seu machina horas indicans. idem l. 4.

¶ *Deriuata à λόγος. i. ratio.*

Λογικὸς, rationalis, ratione præditus, ratione vtens. Sæpe apud Plat. Aristot. Plut. &c.

Λογικῶς, cum ratione, more eorum qui ratione vtūtur. Plut. [de orac. Pyth.

Λόγιον. exp. rationalis, apud Phil. de vita M. l. 3.

Λογαριάζω, idem quod λογίζομαι rationem ineo, computo.

Λογαριασμὸς & λογαριαστὴς, idem quod λογισμὸς & λογιστὴς, computatio & computator apud Moschop.

Λογίζομαι, f. ίσομαι. rationem ineo seu subduco, computo, supputo, expen'am fero. Aristop. in Vesp. Καὶ πρῶτον μὲ λόγισαι φαύλως μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρὸς, rationes confice non calculis. Et cū accus. apud Aristot. œcon. 2. αἰσθόμενος ὅτι ἄξιον ἐπιτετύχηκεν αὐτῷ ἢ μέλλει ἐκτετιμημένα λογίζεσθαι, intelligēs illum ea quæ vili emerat præmagno imputaturum. Metaphoricè idem significat quod συλλογίζομαι, i. collatis vtrinque rationibus & subducto veluti calculo concludo aliquid certi. Rom. 3. Λογιζόμεθα ȣ̃ν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον &c. Sic & Rom. 6. itē mecū reputo, cēseo: Rom. 8. λογίζομαι γὰρ ὅτι ȣ̓κ ἄξια τὰ παθήματα &c. Et perpēdo mecū, considero. Xen. pæd. 2. ἐρήσεις ἢ καὶ σύ. ὦ ὀρθῶς λογίζη, ἀληθῆ λέγοντα. Sic & apud Dem. & Thuc item cogito. 1. Cor. 13. ἡ ἀγάπη ȣ̓ λογίζεται τὸ κακὸν. item æstimo reputo. (sicut dicimur magni æstimare rē aliquā aut nihili facere) Rom. 8. ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. Item imputo & alicuius veluti rationibus infero, tribuo. 2. Cor. 5. μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτ͂. Et passiuè. Rom 4. ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. Greg. in Macchab. τὰ τ̃ παίδων τῷ πατρὶ λογίζεσθαι. τ̃ ἐννομωτάτων καὶ δικαιοτάτων. patri tribuere. Sic & apud Synes. ep. 4.

Λελογισμένως, prudenter, re bene perpensa & bene subducto calculo. Eurip. & Herodot.

Λόγισμα. τὸ, id ipsum quod in rationibus supputandis alicui imputatur. Athen. lib. 1.

Λογισμὸς, ȣ̃. ὁ, supputatio, computatio, ratiocinium. Æschin. contra Ctesiph. Thuc. lib. 4. & 3. Item ratiocinatio, reputatio, cogitatio. Isocr. περὶ εἰρήνης ὡς μηδ' εἰς πώποτε λογισμὸς αὐτοῖς εἰσῆλθε. Sic & apud Plut. Phil. de vita M. l. 2. Exponitur etiam, consilium, item deliberatio: quia βουλεύεσθαι & λογίζεσθαι, idem esse tradit. Aristot. eth. 6. cap. 1. Accipitur etiam pro ipsa ratione aut mēte. Thuc. l. 2. οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῷ πλεῖστα εἰς ἔργον καθίστανται. Sic ἐντὸς λογισμοῦ εἶναι, mentis compotem esse, apud Plut. in Alex. Sumitur & pro συλλογισμὸς apud Aristot. de demonstr. l. 2. c. 18.

Λογιστήριον, ου, τὸ, locus vbi sedebant ij qui λογισταὶ dicebantur. Poll. (tiocinatorum.

Λογιστεῖα, dicuntur etiam scholæ calculatoriæ, scholæ ra-

Λογιστὴς, ȣ̃, ὁ, ratiocinator, supputator, calculator. Plut. περὶ ἀοργ. Peculiariter sic Athenis dicebantur ratiociniorum præfecti, quibus rationes reddebantur publicæ administrationis. Aristot. pol. 6. Dem. pro Cor. Item æstimator. Dem. Olynth. 1. & pro cor.

Λογιστικὸς, ὁ, calculatorius, seu ratiocinatorius. Item qui artis calculatoriæ peritus est, qui computandi & numerandi arte pollet. Plato lib. 7. de rep. Item rationalis, rationis & mentis compos: seu qui ratione vti potest. Xen. Hell. 5. Et τὸ λογιστικὸν (sub. τῆς ψυχῆς μέρος) pars animi in qua inest ratio atque consilium. Plut. symp. 3.

Λογιστεύω, computo, æstimo: apud Suid.

*Composita.*

Ἄλογος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, rationis expers, auersus à recta ratione. vnde ἀλογα ζῶα sæpe apud Aristot. & alios philosophos, & ἄλογος ὄχλος, apud Plat. in Timæo. Item ἄλογον, rationi non consentaneum, inconsultò & temerè dictum seu factum, absurdum, Plato in apol. Isocr. de pace. Item proportionem non habens: apud Philop.

Ἀλόγως, sine ratione, absque rationis vsu. Item absurdè, nullam ob causam, nulla certa cum ratione. Isocr. in Panath.

Ὅσον, & ὅσα, aduerb. quantum: vt ὅσον διαφέρουσι, quantum differunt, apud Isocr. & ὅσα γε τῶν πρεσβυτέρων ἀκηκόαμεν, quantũ quidem à senioribus audiuimus, apud Synes. Cum infinit. significat interdum quantum, vt ὅσον ἐμὲ γινώσκειν, Greg. Interdum quatenus, vt ὅσον ἐπιψαῦσαι, quatenus attingant, in Epigr. Exponitur & circiter, vt ὅσον εἴκοσι circiter viginti, apud Thuc. pro quo & ὅσον τε dicitur apud Herodot. Item aliis atque aliis vocibus iunctum, alium etiã in vsum habet. Cum ὀλίγον, vt ὅσον ὀλίγον, pauxillum seu paululum: apud Luc. ὅσον βαιόν, pusillum in Epigr. cum aduerb. ὅσον οὐ, vel ὅσον οὐκ, exp. tantum non modò non, fermè, penè, ferè: apud Thuc. l. 4. & καὶ ὅσον, nedum apud Aristid. item non solùm non, apud Isocr. in Busir. item ὅσον αὐτίκα, quamprimum, iamiam, mox. Interdum significat idem quod μόνον, solum, solummodo: Epigr. l. 2.

Ὁσάκις & ὁσάκι quoties. (Aristid.

Ὁσαχῆ, quibuscunque in locis vbicunque. Item quotiescunque, Ὁσαχῆπερ ἂν ᾖ δυνατή, qua maximè ratione fieri potest, pro viribus, Plat.

Ὁσαχῶς, quot modis, aut quocunque modis: vel quoties.

Ὁσάτιος, quatenus, & ὁσάτιον, apud Apoll. Rhod. quantum, quatenus.

Ὁτίχος, quantulus, vel quantus. Theocr. idyll. 4. Ὁτίχον ἐστὶ τὸ τύμμα, καὶ ἁλίκον ἄνδρα δαμάσδει;

Ὁσαπλάσιος, [indefin.] quantuplus vel quotuplex.

Πόσος, η, ον, (interrog.) quantus? Aristoph. πόσον δίδως, quantum das? Et genit. πόσου; quanti? Plat. in apol. πόσου διδάσκει quanti seu quanto precio docet? Dicitur & ἐπὶ πόσῳ. vt apud eundem. Plat. ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν. quanti tandem æstimatis? Item μέχρι πόσου in quantum? quousque? Interdum significat quotus? in plur. πόσοι, quoti vt apud Plutarch. in apophth. ὅσοι εἰσὶ Σπαρτιᾶται. ¶ Item (sine interrog.) quantus. vt μέχρι πόσου, in quantum, quousque. Dicitur etiam πόσος τις, vacante particula τις, tam in interrogat. quàm extra eam. Isocr. πόσην τινὰ χρὴ νομίζειν quantam? & πόστος τις, quotus? item πόσ' ἄττα, quænam. Aristot. l. 4. de cœlo.

Ποσάκις, quoties? Plato epist. 7.

Ποσαχῆ, quot in locis?

Ποσαχῶς, quotnam modis? Aristot. Exponitur etiam multis modis. Hesych. (πλάσιος, &c.

Ποσαπλάσιος, quotuplex? cui respondet διπλάσιος, τριπλάσιος.

Πολλαχῶς, multis modis: Suid. & Hesych.

Πόσε, quo? quem in locum? idem quod πῆ, Od. ε. πόσε φεύγετε, Od. κ. πόσ' ἴμεν.

Ποσός, aliquantus, aliquantulus, certæ cuiusdam quantitatis. Τὸ ποσόν, quantitas. Aristot. de part. an. l. 3. c. 5. ἡ δ' ὑπερβολὴ διαφέρει καὶ γὰρ τῷ ποσῷ καὶ τῷ ποιῷ. Dicitur & ἐπὶ ποσὸν, aliquantum, ad certam quantitatem, vt ἐπὶ ποσὸν ἑψηθεὶς, aliquantum decoctus. Et κατὰ τὸ ποσὸν, ratione quantitatis, apud Aristot. polit. 5. Interdum additur particula vacans τις, vt ποσόν τι, certa quantitas, apud Herodot.

Ποσῶς, aliquantum, leuiter.

Ποσότης, ητος, ἡ, quantitas, mensura modúsque vniuscuiusque rei.

Ἄποσος, (comp.) quantitatis expers. Hesych.

Πόστος, quotus: Xen. Pæd. 4. καταλύουσιν πόστῳ αὐτῶν μέρει πάντες μοχθοῦμεν νενικημένοι.

Ποσταῖος, quoto die? quot diebus? quot dierum spatio? Xen. pæd. 5. ποσταῖος ἂν εἴη τῷ στρατεύματι ἐκεῖσε ἀφικέσθαι;

Ὁπόσος, & poeticè ὁππόσος, & Ionicè ὁκόσος (relat. τῶ πόσος) quantus. Philostr. in Heroic. νῆσον ὁπόσην εἶπον ἀπεῖδε... insulam quãtam dixi. & Od. ξ. Εἴπης ὁππόθεν ἐσσὶ καὶ ὁππόσος ἦν ποτε. & ὁπωσοστισοῦν quãtuscunque, quãtusuis, quãtuslibet: vt ὁπωσοσοῦν χρόνον, ὁποσονοῦν βάρος. Item ὁπόσα, quod Xen. pæd. 4. & ὁπόσοι ἄν, quotlibet quotcunque. Demosth. in Mid. Ὁποσάκις, quoties. Ὁποσακισοῦν quotiescunque, quoties libeat, Theophr. hist. pl. l. 8.

Ὁποσαχῆ, quot in locis quot modis.

Ὁποσαπλάσιος, quotuplex, quàm multiplex, ὁποσαπλασιοσοῦν, quantumuis multiplex. Aristot. in phys.

Ὁπόστος quotus. Arist. ot. pol. 2. cap. 2. Ὁποστοσοῦν, quotuslibet, quotuscunque. Demosth. pro cor.

Τόσος, & poet. τόσσος, tantus. Iliad. ρ. εἰ ἴσσεται τόσον κακὸν ἔσσεται. ἐτύχθη. Et Od. ε. Ἀλλ' ὅτι τόσσον ἄελπτον ὅσον τε γέγωνε βοήσας. Τόσον, in neut. gen. aduerbial. ponitur, & significat tam, vsque adeò, tantò. Il. κ. ὅτι δὴ χρέιω τόσον ἵκει, quænam necessitas adeò viget. & Il. β. Τόσσον ἐγώ φημὶ πλέας ἔμμεναι υἷας Ἀχαιῶν Τρώων tantò plures. In plurali exp. etiam tot. & totidem. vt Il. ι. & Odyss. ξ. Dicitur & τοσόσδε, & τοσοῖσδε, eadem significatione, apud Plat. in Axiocho, & Aristot. de mundo.

Τοσάτιος, vel τοσάτιος, poeticè pro τόσος, in Epigr.

Τοσάκις, toties, in Epigr. τοσαχῶς, tot modis.

Τοσοῦτος ὁ & Atticè τοσοῦτοι, tantus, τοσαύτη, tanta τοσοῦτον seu τοσοῦτο tantum. vt τοσοῦτος θεός, τοσαύτη στρατιά. τοσοῦτον ἀξίωμα. apud Plat. & Xen. Dicitur & τοσοῦτος τὸ μέγεθος, ab Isocr. qui tantæ magnitudinis est. In plurali τοσοῦτοι, τοσαῦται, τοσαῦτα, exp. tot, & tot tantique, tot tantæque, tot tantáque apud Demosth. Item τοσούτῳ tantum & tantò. vt τοσούτῳ δεῖ, tantum abest. apud Isocr. Et τοσούτῳ ὄντος ἡ ὑμέτερα πιστότης μείζων φανεῖν ἄν. apud Xenoph.

Τοσαυτάκις, toties. Alex. Aphr.

Τοσαυταχῶς tot modis. Aristot. l. 2. de part. anim.

Τοσαυταπλάσιος tantuplus. Aristot. in probl.

---

ΟΣΠΡΙΟΝ, ου, τὸ, legumen. Gal. l. 1. de alimen. facult. & Theophrast. hist. plant. l. 8. c. 1. * Ἀ ἄσπειρω, quasi ἄσπειρον, metathesi literatum. (then. l. 9.

Ὀσπριώδης, legumini assimilis, qui è leguminum est genere. A-

*Composita.*

Ἰσόσπριος, legumini similis.

Πανόσπρια, omnis generis legumina mixta. Suid. & Hesych.

---

ΟΣΣΑ, ης, ἡ, vox (* ab ὄψ, vox: teste Etym. vt dicatur quasi ὄψα) Hom. hymno in Mercur. Θαυμασίην γὰρ τήνδε νενόηκεν ἔσσαν ἀκούω. Hesiod. in Theog. Ἐπιχρυσεῖ ... ὄσσαν ἱεῖσαι. ¶ Item fama, rumor: propriè diuinus. Il. β. μετὰ δέ σφισιν ὄσσα δεδήει Διὸς ἄγγελος. Sic & Odyss. α. & ὄσσαν ἄκουσας Ἐκ Διός. ¶ Exponitur etiam μαντεία. Item omen apud Plat.

Ὄσσομαι, auguror, vaticinor. Il. ξ. πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ. Ὀσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα. Exponitur & in animo, fingo, imaginor, cogito. Il. ω. Οὐ μὲν γάρ τοι ἐγὼ κακὰ ὄσσομένη τόδ' ἱκάνω. Od. σ. δὴ γὰρ κακὸν ὄσσετο θυμός. ¶ Item, video, præuideo: de qua significatione vide in Ὄπτομαι.

Ὀττεύομαι, vel ὀττεύομαι ominor, vaticinor, auguror. Polyb. 1. ὁ Ἱέρων ... πραγμάτων ... τῆς νυκτὸς ἀνεχώρησε ... in summam belli totius ominatus ex vno prælio malè pugnato.

Ὄττεία, ἡ, exp. μαντεία, vaticinatio, diuinatio. Suid. Exponitur & religio, apud Dionys. Halic. l. 9.

*Composita.*

Ἀοσσέω, auxilior, opitulor. Mosch. idyll. 2. τῷ μὲν ἀοσσήσας ... 

Ἀοσσητήρ, ῆρος, ὁ, auxiliator, opitulator: propriè ... καλοῦσιν βοηθῶν αὐτομάτως, inquiunt Suid. & Etymol. Il. χ. & ο. Od. δ. & ψ.

Ἐπιόσσομαι, alloquor & significo, Hesych. Item prospicio. vide & comp. ex ὄσσομαι in Ὄπτομαι.

---

Ὄσσε, vide ὄσσομαι in Ὄπτομαι. Ὅσος, in Ὅσος.

---

ΟΣΤΕΟΝ, ου & ὀστοῦν, οῦ, τὸ os: ossis. Il. π. Ῥῆξεν δ' ὀστέον ἔγχος. Plut. in probl. Rom. κατεάγη ὀστέον. Athe. l. 6. τὸ περὶ ὀστέον κρέας. Plut. in Phædr. τῶν ὀστέων ὀστᾶ προσφύομεν. ¶ Ὀστᾶ, teste Suid. dicuntur etiam οἱ λογισμοὶ, quoniam ipsa ὀστᾶ φύσιν ἔχουσι στερεωτέραν καὶ φέρει τὸ ζῶον.

Ὀστώδης, εος, ὁ, καὶ ἡ, osseus, osse abundans vel ossi similis: vt ὀστώδης ἰχθῦς, Athen. l. 7. & l. 6. ὀστῶδες κρέας.

Ὀστῖνος,

Ὀςίινος, offeus ex offe factus. ὀςινος, pro eodem.
Ὀςίτης μυελὸς, medulla quę in offib. eſt, offiū medulla. Ruf. Eph.
Ὀςάριον, ου, τό, officulum, Epigr. l. 2.
Ὄςρακον, ὄςρεον, quomodo huc pertineant, vide ſuis locis.

*Compoſita.*

Ἀνόςεος, exos. offa non habens, Heſiod. in Erg.
Δίοςεος, gemino offe conſtans.
Ἐξοςεΐζω, exoffo, Ἐξοςεϊσμένος, exoffatus, cui offa exēpta ſunt.
Ἐξόςωσις, εως, ἡ, offis eminentia & extuberatio, peculiariter quæ accidit in genis. (part. an.
Μονόςεος & μόνοςος, vnico & ſolo offe conſtans. Ariſtot. l. 4. de
Ὁλόςεος, qui totus offeus eſt, vel ex ſolido offe conſtans.
Ὁλόςεον, herba per antiphraſin ſic dicta. Dioſc. l. 3. c. 11.
Περιόςεος, offibus circūdatus, vel offa circundans, offa ambiens. vt περιόςεοι ὑμένες, apud Gal. membranæ quæ offa cingunt.
Πολυόςεος, multa habens offa. Sic peculiariter vocatur ſuperior pedis pars prope digitos. Poll. l. 2.
Ἀςράγαλος, quomodo huc pertineat, vide ſuo loco.

ΟΣΤΛΙΓΞ, ιγγος, ἡ, ſcintilla ſeu flamma criſpa. Apoll. Arg. l. 1. πᾶς δ' εἰ ὄσπη Ὀςλιγξ μαλεροῖο πυρὸς ὡς ἰνδάλλοιτο. ¶ Item cirrus, cincinnus. Callim. ἀπ' ὀςλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέει. Loliginū etiam & ſepiarum βόςρυχοι, bottorumque ἕλικες nominantur ὀςλιγγες, cirri. Nic. in Alexiph. Ὀς δ' ἢ τὰ ῥυπόεις μὲν ὑπ' ὀςλίγγεσσιν ἀραιαῖς Τευθὶς ἐμφέρεται. Theoph. hiſt. pla. l. 3. cap. vlt. (de rhu coriatiorum) ἄνθος λευκὸν βοτρυῶδες τῷ σχήματι δ' ὁλοσχερὲς, ὀςλιγγας ἔχον ὥσπερ ἡ ὁ βότρυς.

ΟΣΤΡΑΚΟΝ, ου, τό, teſta, interdum de teſta, quæ ex figulina terra conficitur. Plut. de ſera num. vind. τὰς ἀσπίδας κήπους ἐν ὀςράκοις τισὶ τιθασευόμενοι καὶ θεραπεύοντες. Interdum & de puteum teſta dicitur. Ariſtoteles (de platea aut conchas deuorante) εἶθ' οὕτως τὰ κρέα μὲ ἐσθίει τῶν δ' ὄςρακον μὴ ἅπτεται. Ariſtop. in Ran. νῦν ὀςράκου μεταπεσόντος. Εὐγενὶδ ν Ὀςράκου περιςροφή, genus ludi qui alio nomine dicitur ὀςρακίνδα, vt Poll. teſtit. l. 7. Metaphoricè verò de ſubita rei ā mutatione dicitur & conuerſione repentina, qualis eſt eorum qui ludunt ὀςρακίνδα. Dicitur & de teſta qua oua integūtur, in Epig. ἄρτι γυμνὸν ὀςράκων. *Euſtat. ſcribit deriuari ab ὀςέον, per pleonaſmum τοῦ ρ ſicut in σκῆπτρον.
Ὀςρακώδης, εος, ὁ, ἡ, ἡ, teſtaceus, qui teſtā imitatur. Dioſ. l. 5. c. 84.
Ὀςράκινος, teſtaceus, i. e. figulina terra factus, vt teſte Lucil. l. 2. Epigr. ἡ δ' ἔφερεν τήγανον ὀςράκινον, ſartaginem teſtaceam ſeu fictilem. Et ὀςράκινα σκεύη in epiſt. 2. ad Cor. c. 2. & 4.
Ὀςρακεύς, qui teſtas conficit, figulus, in Epigr.
Ὀςράκιον, fictile. Item parua teſta conchula.
Ὀςρακίς, ίδος, ἡ, dicitur nux pinea eiuſque nucleus. Athen. l. 1 ex Mneſitheo. Athen. medico. ¶ Heſychio ſimulacrum quoddam eſt Veneris.
Ὀςρακίτης, ου, ὁ, teſtaceus, teſtam referens, vt ὀςρακίτης λίθος, apud Dioſc. l. 5. c. 165 lapis teſtæ ſimilitudinem habens, qui & ὀςρακίας. Fœm. eſt. ὀςρακῖτις, apud eundem. l. 5. c. 84.
Ὀςρακίνδα, oſtracorum luſus. Poll. l. 9.
Ὀςρακόω, ῶ, in teſtam ſeu teſtaceam duritiem verto, teſtacea duritie obduco. Ariſtot. in probl.
Ὀςρακοῦμαι, in teſtam mutor, in teſtaceam naturam abeo. Aeſchyl. apud Athen. l. 1. apud Lycophr. verò ὠςρακωμένη, exp. putamine contecta.
Ὀςρακίζω, teſtulis in vrnam coniectis damno, relego. Ariſtotel. polit. l. 3.
Ὀςρακίζομαι, teſtulis in vrnā collectis dānor. Thuc. l. 1. & 8.
Ὀςρακισμός, οῦ, ὁ, relegatio quæ fit teſtulis in vrnam miſſis. Ariſtot. politic. 3.

*Compoſita.*

Ἀποςρακόω, ῶ in teſtam muto, vel induro in teſtæ modum.
Ἀποςρακοῦμαι, in teſtā mutor, vel induro inſtar teſtę. Dioſ.
Ἀποςρακίζω, idem quod ὀςρακίζω.
Ἀποςρακίζομαι in exilium mittor, relegor. Suid.
Ἐξοςρακίζω, idem quod ὀςρακίζω, in exilium mitto. Euſt. idē.
Ἐξοςρακίζομαι, in exilium mittor teſtarum ſuffragio. Plu. in Alcib. ἐξοςρακισμένος ὑπὸ τοῦ δήμου.
Ἐξοςρακισμός, relegatio quæ fit per teſtarum in vrnam miſſarum ſuffragia. Plut. in Themiſt.
Ἐποςρακίζω, concham mitto per ſuperficiem aquæ. Suid.
Ἐποςρακισμός, ludus quo conchæ per ſuperficiem mittuntur. Poll. l. 9.
Λειόςρακος, læui teſta intectus, Λειόςρακα, τά, ſubſt. læues teſtę.
Μαλακόςρακος, molli teſta inteſtus. Ariſtot.
Σκληρόςρακος, teſta dura opertus.
Τραχυόςρακος, qui aſpera & ſcabra tegitur teſta. Athen. l. 7.
Λεπτόςρακος, teſta tenui & ſubtili conſtans in modum membranæ. Luc. in Lexiph.

ΟΣΤΡΕΟΝ, ſiue ὄςρεον, ου, τό. oſtreū, genus piſcium qui teſtis integuntur. Plut. de ſolert. an. ὄςρεον μεμυκότος ἀνέῳξεν. Athen. l. 1. ὁ μὲν δ' ἰχθύσιν, ἀλλὰ καὶ ὀςρέοις ἐχρῶντο. ¶ Item oſtrum, i. color qui ex concharum ſanie conficitur, oſtrinus color. Plat. in Cratylo, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι βουλόμενοι ἀφομοιοῦν, ἐνίοτε μὲν ὄςρεον μόνον ἐπήνεγκαν ἐνίοτε δ' ὅτιοῦν ἄλλο φαρμάκων. *Deriuari ex ὀςέον pleonaſmo literæ ρ, docet Euſt.
Ὀςρειώδης, ſiue ὀςρεώδης, oſtrea referēs, qui oſtrea imitatur, vel oſtrū. Τὰ ὀςρεώδη, ſiue ὀςρακώδη, quæ ex oſtreorū genere ſunt.
Ὄςρειος, purpureus.

*Compoſita.*

Λειόςρεα, oſtreæ leues, oſtrea quæ ſcabra non ſunt.
Λιμνόςρεα, q. d. paludis ſeu paludū oſtrea. Ariſtot. de gen. ani. l. 3.

ΟΣΤΡΥΣ, υος, ἡ, oſtrys arbor quæ & ὀςρύα dicitur a nonnullis. Theophr. hiſt. pl. l. 3. c. 10. & Plin. l. 13. c. 21.

ΟΣΦΑΙΝΟΜΑΙ, F. αἰνοῦμαι, odoror, olfacio. Euripid. in Cyclop. Εἶδ' ἐς γὰρ αὐτῶν οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ὀσφραίνομαι. Xen. in ſymp. εἴπερ γε τοῦ ὀσφραίνεσθαι ἕνεκεν ἐποίησαν ἡμῖν ῥῖνας οἱ θεοί. Cum genitiuo apud eundē, τίνων ὀσφραινόμενος. Ab eodē canes dicūtur ὀσφραίνεσθαι τοῦ λαγώ, i. odorari leporē. Epigr. l. 2. ὀξὺ γὰρ ὡς Νίκων ὀσφραίνεται οἴνου ἀεὶ, vinū olfacit ſagaciſſimè. Metaphor. apud Luc. in Tim. ὀσφραινόμενος τοῦ χρυσίου. Legitur & paſſ. ſignificatione, apud Alex. Aph probl. l. 2 ὀσφραινόμενα δύναται ῥωννύειν, dū ea odorantur. Et apud Dioſc. lib. 3. c. 93. ἐν ἀποσβέσμασι δ' ἐθὲν ἡ ὀσφραινόμενον, τοὺς κατάρροις ἐμβάλλουσιν ὠφελεῖ.
Ὄσφρασια, odor. Oſeæ c. vlt.
Ὀσφραντής, οῦ, ὁ, qui odoratur, olfactor.
Ὀσφραντός, ἡ, όν, qui odoratu ſeu olfactu percipi poteſt. Quidam exp. odorabilis, item olfactorius, olfactu excitans. Paulus Aegin.
Ὀσφραντικός, idem Gal. ad Glauc. & Dioſc l. 3. c. 92. item odorandi facultate valens ſeu olfaciendi.
Ὀσφραντήριον, ου, τό, olfactorium. Ὀσφράδιον, pro eodem apud Euſt.
Ὀσφρέομαι, οῦμαι, idem quod ὀσφραίνομαι, eoque vſitatius eſſe apud Atticos quidam tradiderunt: vt ὀσφρᾶσθαι χρυσοῦ, apud Luc. & fut. ὀσφρήσεται, apud Ariſtoph. Legitur etiam ὤσφροντο apud eundem in Acharn. & ὀσφρόμενος, in Veſp.
Ὄσφρησις, εως, ἡ, odoratus, olfactus, ipſe ſenſus odorandi. Dioſ. lib. 5. c. 139. Interdum ὀσφρήσεις vocantur nares: vt apud Herodian. lib. 1.
Ὀσφρητός, & ὀσφρητικός, idem quod ὀσφραντός & ὀσφραντικός apud Gal. & Alex. Aphr.

*Compoſita.*

Ἀποσφραίνομαι, idem quod ὀσφραίνομαι. Exponitur etiam paſſiuè naribus amoueor.
Εὐόσφραντος, ευ, canis ſagax.
Καπνοσφραντής, οῦ, ὁ, q. d. fumi olfactor. Parœmiacè dicitur de homine ſordido & paraſito. Euſt.

ΟΣΦΥΣ, υος, ἡ, dorſi ea pars qua cingimur, totius ſpinæ partium craſſiſſimis maximiſque vertebris compacta. *Apollodorus, teſte Suida, dictam vult quaſi ὀςέοφυν, quòd ea pars offea ſit & excarnis. Ariſtoteles verò inde nomen habere ſcribit, quòd ſit τῶν ὀςῶν διάζωμα. Heſych. verò ὀσφὺν eſſe vult partem illam prope latera manentem, quam Latini ita appellant.

Ὄσχος, &c. vide in Μόσχος.

ΟΤΕ, [& poeticè ὅττε, & Doricè ὅκα] quando, quum. Cum indicatiuo. Aeſchin. ὅτε ἦν quando erat. Et cum coniunct. Od. ξ. ... ὅτ' ... Dicitur ἔσθ' ὅτε, eſt quando, i. quandoque, aliquando. Ὅτε μὲ, quando nō, ſi non ... Πάλαι ὅτε, omni tempore, ſemper. Matth. 26. & paſſim in nouo Teſtamento. Ὅτε δὴ, quandoquidē. ὅτε μὲν, quandoque. ¶ Ὅτε accipitur etiam pro aliquando, ... quandoque, qua ſignificatione ſcribitur etiā ὁτε ... Ariſtot. ὅτε μὲν τοῦτο ὅτε δ' ἐκεῖνο, aliquando quidem hoc, aliquando verò illud. ¶ Ὅτε, ſiue ὅ, τε, quoniam. Il. π. ὅτε κρατεῖ πρεσβεύσεις. Dem. Olynt. 1. ὅτε τοίνυν τὰ ... οὕτως ἔχει, quæ quum ita ſint. Item ὅτε pro ὅστις, qui. Od. ξ.
Ὅταν, ſiue ὅτ' ἄν, idem cum ὅτε. Cum ſubiunct. interdum & cum indicat. & cū indicat. & optatiuo. Ponitur & pro quando, quū, i. quandoquidē, quoniam. Ariſtot. de mundo, ὅτ' μάλιστα ... ὅταν τὸ τάχιστον τῆ ... ἡ τὸ πυρῶδες, præſertim quum igneta natura omnium naturarum ſit celerrima. Sic & Thuc. l. 1.
Πότε, [interrog.] quando. Dem. Olynth. πότε ἃ δεῖ πράξετε, εἰ μὴ νῦν. Sic alibi paſſim. Pro eodem dicitur πόκα Doricè: vnde ἤποκα aliquando & οὔποκα nunquam.
Ποτέ, aliquando. Et ποτὲ μὲν ποτὲ δὲ interdum quidē, interdum verò. nunc quidem nunc verò: aliàs quidem aliàs verò. Aliquando vacat, vt quum dicitur ἀεί ποτε, ſemper. Annectitur etiam particulis ... Nā dicitur δήποτε, aliquando, vnquam, & pro tandem ἔποτε & μήποτε. οὐδέποτε & μηδέποτε: μηδέποτε & οὐδέποτε, nunquam. πάμποτε, ſemper. πώποτε, vnquam, aliquando.

Ποτὲ per syncopen dicitur, pro ποτὲ, vt τίπτε pro τί ποτε, quidnam, cùr nam. Od. λ.

Ὁπότε, quando: indefinitè. Interdum cum indicatiuo, interdum cum optatiuo. Annectitur etiam particulis ἂν & δή. Nōnunquam ὁπότε & ὁπότ' ἂν exp. vbi, quandoquidem, quoniam. ὁπότεσοῦν, quandocúque. Dicitur & ὀππότε poeticè pro ὁπότε.

Τότε, tunc. Dem. pro cor. καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεί. Item tum demum, apud eundem & alios. Ἀπὸ τότε, ab eo tempore. Ἐκ τότε, ex eo tempore.

Τοτὲ, idem cum ὅτε & ποτὲ, aliquando.

---

Ὅτι, & poet. ὅττι, quòd. Cum indicatiuo, qui Latinè interdū redditur per infinit. vt Hen. Helleu 7. εἶπεν ὅτι βούλεται, dixit se velle. ¶ Οὐχ ὅτι, non quod, item non solùm, & non solùm nō. Τί ὅτι, quid est quod, vel quid est cur? ¶ Ὅτι interdum vacat: vt quum verba alicuius citantur. Thuc. l. 5. εἰρῆσθαι δ' ὅτι. Ἦν μὴ θεῶν ἢ ἀνθρώπων κώλυμα ᾖ. Sic & alibi, & passim in nouo Testamento. ¶ Ὅτι quàm, cū superl. Thuc. ὅτι ἐν βραχυτάτῳ, quā breuissimo tempore. Idem ὅτι πλεῖστος, quàm plurimus. Et cū aduerb. ὅτι πορρωτάτω quàm lōgissimè ὅτι μάλιστα, quàm maximè. ¶ Cum diuersis particulis positum, diuersis modis exp. vt ὅτι ἀλλὰ at verò. ὅτι γὰρ μὴ, nisi enim. ὅτι δ' ὅτι, quamobrem? ὅτι ἐπειδή, quin. ὅτι μὴ, nisi. ὅτι τοίνυν, quòd verò, itaque quòd. ¶ Ὅτι, quòd, eò quòd propterea quòd, quoniam, quia Dem. in ep. ad Philipp. τί ποτ' ἂν ἐκεῖνος ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ πλεῖον κατώρθωσεν ἡμῶν ὅτι μὲν αὐτὸς στρατηγὸς καὶ ταλαιπωρεῖ. Pro eodē dicitur & ὅτι τοὶ apud Plat de rep. & ὅπῃ. apud Aristoph.

*Composita.*

Δηλονότι, videlicet, nempe. Plat. de rep 6 τὸν ἥλιον γὰρ δηλονότι ἐρωτᾷς, nempe de sole hoc percontaris. Adhibetur & responsioni affirmatiuæ. Et pro eodem δηλονοτιή apud Aristoph. in Pluto.

Διότι, pro διὰ ὅτι propter quid? διὰ τί, sæpe apud Aristot. Vsurpatur & citra interrog. pro, quare, qua de causa, quamobrem, cur, apud Xen. Idémque apud Proclum & alios philosophos τὸ διότι, causa cur. Significat etiā idem quod ὅτι, quoniam, quia, apud Aristot. in probl. Xen. & Luc. Interdum & pro ὅτι vsurpatur, i. quòd. Dem. pro cor. πυνθάνομαι μὲν τοὶ διότι πάλαι ὑμῖν Ἀθηναῖοι προσέχετε φιλοτιμίαν. Et Xen. λέγω διότι ἀ... quòd obtuunt.

Καθότι, quatenus, item quomodo, qua ratione, item sicut, quemadmodum, vide & in Ὅς.

---

Ὀτλος vide in Τλάω.

---

ΟΤΟΒΟΣ, ὁ, strepitus, tumultus, sonus, sonitus. Hesiod. in Theog. ὄτοβος δ' ἄπλετος ὤρνυτο. Scribitur & ὄτλος pro eodem. vt apud Luc. de scrib. hist. ὄτλος ἦν καὶ κόναβος.

Ὀτοβέω, & ὀτλέω, strepito, tumultuor, persono. Aeschyl. in Promet. ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον. & apud Athen. l. 11. ὁ δὲ χαλκοῦς τοῖς κοτύλαις ὀτλεῖ.

---

Ὀτοι ὄτου. vide in Ὅς.

---

ΟΤΡΥΝΩ, F. υνῶ incito, instigo adhortor, vrgeo. Il. π. ὀτρύνων ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας. Iliad β. τί με ταῦτ' ὀτρύνεις καὶ αὐτός. Ὀτρυνεῖς. Il. κ. ἐμὲ ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ ἀνδρῶν δυσμενέων δῦναι στρατόν. Sic & Od. ξ. & alibi apud Hom. Futurū ὀτρυνῶ & Ionicè ὀτρυνέω interdū in præsēti vsurpatur: vt Od β. τοῦτο δ' ὀτρυνέει Μέντωρ ἠδ' ἐνὶ Ἁλιθέρσης.

Ὀτρύνομαι, incitor, instigor, vrgeor. Il. ξ. ἡμεῖς ὀτρυνώμεθ' ἀμυνέμεν ἀλλήλοισι. Aristot. de mundo. ὑπὸ μιᾶς ῥοπῆς ὀτρυνομένων ἁπάντων γίνεται τὰ οἰκεῖα.

Ὀτρυντήρ, ῆρος, ὁ, incitator, qui instigat & vrget. Hesy.

Ὀτρυντύς, ύος, ἡ, hortatio, instigatio. Il. τ.

Ὀτραλέως, celeriter & more eorum qui vel ab aliis aut suapte sponte incitati aliquid maturant. Il. γ. & Od. τ.

Ὀτρηρός, celer, citat. Od. δ. & alibi apud Hom. & Aristop. in auib.

*Composita.*

Ἐξοτρύνω, exhortor, extimulo. Eurip. in Suppli. Ὅς μ' ἐξοτρύνει παῖδ' ἐμὸν πεῖσαι λιταῖς.

Ἐποτρύνω, instigo ad aliquid, incito, vrgeo. Il. ρ. ἐποτρύνουσα προσηύδα. Sic Il. ζ. & υ. & Odyſ. ι. Herodot. ἐποτρυνόντος σφι Θεοῦ. Thuc. l. 7. καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον ἔτι μᾶλλον ἐποτρυνόμενοι γίγνεσθαι.

Ἐποτρυντὴς, inspector operum, qui vrget operas. Hesych.

Παροτρύνω inuito, instigo, inhortor. Idem.

---

Ὅττι Ὅττι, vide in Ὅς & in Ὅτι.

---

ΟΤΟΤΥΖΩ ottoti dico fleo, lugeo. Hesych.

Ἐποτοτύζω, defleo deploro, super aliquem lugeo. Euripid. in Phœn. Ἄλλος ἄλλον ἐποτότυζε.

Ὀτοτοῖ, hei, heu, ah. apud Eur. in Androm. Aeschyl. & Luc.

---

ΟΥ, (sequente consonante) & οὐκ (sequente vocali tenui) & οὐχ (sequente vocali aspirata) & οὐχὶ (pro quo Homerus οὐκὶ dicere solet) non. Exempla & in carmine & in prosa passim sunt obuia. Interdum geminatur, elegantiæ & ornatus gratia. Dem. in Mid. οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν. Additur etiā verbis per se negantibus, qualia sunt ἀπαγορεύω, ἀρνοῦμαι, κωλύω, εἴργω, & similia. Iungitur & particulis ac nominibus negantibus. Interdum etiam geminatur οὐ, vel οὐκ, abundante altera particula. Aliis quoque particularis iungitur. Οὐ γὰρ, non enim. item interrogatiuè, nónne, οὐ γὰρ ἀλλὰ, enimuerò, at verò, interdum simpliciter pro γάρ. Οὔτι poeticè pro οὐ, non pro quo dicitur in prosa οὔτοι. Οὐ δῆτα, non equidem, haud sanè. Οὐ μὰ Δία, non per Iouem. Οὐ μὲν οὖν, atqui vel non certè, non profectò, non equidem. item pro, neque enim, & pro veruntamen non. Οὐκοῦν interrog. nónne. Item atqui, item profectò, enimuerò. item itaque, igitur. Οὔκουν, non igitur, non itaq; vel proinde non. Οὐδὲ & οὔτε, nec, neque. item οὐδὲ, ne quidem. vt οὐδ' ὁ Ζεύς, ne Iupiter quidem. Οὐχ ὅπως, nedum in fine sententiæ. itē non solū, non modò pro quo dicitur οὐχ ὅτι, sequente ἀλλὰ καί. Interdū οὐχ ὅτι ponitur pro, non modò non, non tantùm non. οὐχ ὡς, non vt, item nedum. Οὐ μὲν πως, nequaquam. Οὐ μὲν τοι, nō tamē. Adhibetur & responsioni pro, minimè verò. Οὐ μὴν, vel οὐ μὲν γε non tamen, verūtamen non. ¶ Οὐ & οὐκ vel οὐχ seu οὐχὶ, interdum interrogatiuè pro, nunquid, nónne, annon, apud Luc. Dem. Xen & cæt. Pro eodem dicitur etiā, οὐκ ἂν. & οὐ γὰρ δὴ πω. In hac signif. interdum acuitur οὔ. Quandoque etiam extra interrogationem, & in repetitione, & in respōsione. ¶ Οὗ, sui, vide in Ἕ. ¶ Οὗ, cuius, item vbi, vide in Ὅς.

---

Οὐὰ, vide in Ὀὰ.

---

ΟΥΑΙ, væ: interiectio dolentis vel dolorem denunciantis: apud bibliorum interpretes & noui Testam. scriptores.

---

ΟΥΑΣ οὔατος, τὸ, auris. Il. χ. αἱ γὰρ ἀπ' οὔατος εἶσι μοι ἔπος. Hesiod. in Theog. ὤκεον οὔασιν ἀκούει. Tripodi quoque, οὔατα tribuuntur. Il. σ. οὔατα δ' οὔπω δαιδάλεα προσέκειτο.

Οὐατόεις, auritus. in Epigram. θηεῖ οὐατόεντι.

Οὐάτιος, exp. extremus, imus, apud Orph. τέρψιν ὑπ' οὐάτιος sub imis plantis.

Οὖς, idem quod οὔας ex quo: Eust. συγκεκάφθαι scribit Plut symp. 2 καὶ μὴν τετρυπημένον ἔχει τὸ οὖς. Soph. ὀρθὸν οὖς ἵστησι. Cæteri casus formantur tanquam ab ὦς, vt genit. ὠτὸς, dat. ὠτὶ, suntque frequentissimo in vsu in omni numero. Metaphoricè regum & principum ὦτα dicebātur delatores seu coryczi qui auscultabant quid quisque loqueretur, & ad reges seu principes deferebant, apud Xen. & Aristotel. Vasis quoque ὦτα tribuuntur, i. ansa, apud Plut. & Athen.

Ὠτόεις, auritus, aures habēs vel ansas. Il. ψ. & Hesiod. in Prg.

Ὠτικός, ή, ὁ, auricularis, auricularius, ad aures pertinens. vt ὠτικὸς κλυστήρ, auricularis clyster, apud Gal. τῶν κατὰ τόπους, l. 3.

Ὠτίτης δάκτυλος, auricularis digitus, minimo proximus.

Ὠτάριον, ου, τὸ, auricula. Epigr. lib. 2. Ὠτάρια dicuntur ostreæ quædam, apud Athen. l. 3.

Ὠτίον, auricula, idem cum ὠτάριον. Luc. l. 2. epigr.

Ὦτος, siue ὠτὸς, otus: auis nycticoraci similis: sic dicta quòd πτερύγια ἔχει. Aristot. hist. an l. 8. c. 12. ¶ Ab hac auc metaph. ὦτοι dicuntur homines fatui & deceptu faciles, Athen. loco citato, & Eust. ex Aelio. Dionys.

Ὠτίς, ίδος, ἡ auis tarda: de qua Aristot. hist. an l. 6. & l. 9. c. 33. Vide & Athen. l. 9. Scribitur & ὠτὶς, apud Xenop. anabas. l. 1. teste Gal. in lex. Hippocr. & ὠτὶς, apud eundem. Gal. de alim. l. 3.

Ὦας, Doricè pro οὔας.

Ὠάζω, audio. Hesych.

*Composita.*

Ἄμφωτος, ὁ, ὁ & ἀμφώης, εος, ὁ, καὶ ἡ, vtrinque auritus, binas aures habens. Item metaph. vtrinque ansatus: vt ἄλεισον ἄμφωτον. Od. χ. Et κισσύβιον ἀμφῶες, apud Theocr. idy. 1.

Ἀμφωτὶς, vel ἀμπωτὶς ίδος, vel ἀμφωτὶς, ίδος, ἡ, poculi genus habentis binas aulas. ¶ Item ἀμφωτὶς, tegmen auris, vel munimentum auris. Etymol Exponitur & auris seu ansa vasis vnde prouerb. apud Suid. μείχει τῶν ἀμφωτίδων.

Ἄνωτος, auribus carens. Theocr. in Epigr.

Ἄωτος, auribus carens. Eust. Item flos, de qua signif. vide deriuta ab Ἄω spiro.

Βραχύωτος, breues habens auriculas, vt βραχύωτος κίθων, apud Athen. l. 11.

Δίωτος duas aures seu ansas habens. Idem ibidem. Διώτη, genus vasis à duabus auribus, i. ansis, sic appellatum.

Ἐνωτίζω, auribus percipio: audio. Suid.

Ἐνωτίζομαι, idem. Hes.

Ἐνώτια, ας, ἡ, inauris. Hes. ex Soph. capt.

Ἐνώτιον idem. Poll. l. 2.

Ἐπωτίδες, ligna quæ ex vtraque proræ parte, veluti aures prominent. Thuc. l. 7. & Eurip. in Iphig. Taur.

Μόνωτος, vnam habens aurem vel ansam.

Μυὸς ὦτα, & μυοσωτὶς, ίδος, ἡ, auricula muris: herbæ nomē, quę & alsine

alsine dicitur, de qua Diosc. lib. 2. cap. 214. Scribitur & *μυωτώτη*, apud Paul. Ægin. & *μυώτις*, apud Aet. l. 1.

Παρώτιον, ornamentum aurium. Item alter oculi angulus qui aures spectat, oppositum angulo nares intuenti, qui ῥαντὴρ dicitur. Schol. Nic. (ὦτος.

Παρωτὶς ίδος, ἡ, tumor glandularum sub aurib. Gal. li. 3. τῶν κατὰ

Περιωτὶς ίδος, ἡ, tegumentum quod auri circumdatur. Etymol.

Πολύωτος multas habens aures. [ticlide.

Τετράωτος, cui quatuor sunt aures vel ansæ. Athen. lib. 11. ex An-

Λαγωός, quomodo huc pertineat, vide suo loco.

---

ΟΥ̓ΔΟΣ, εος, τὸ & οὔδας (illud in nominat. idem usitat., hoc in nomin. & accusat. tantum usitatum) solum, pavimentum, humus. Il. η. & μ. ἐδέξ' ὕπτιος οὖδ' ἐρείσθη. Il. ρ. Οὖδ' ἐνσκήψαντα κάρηνα. Il. τ. ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας. Od. υ. Αἵματι τ' ἐγκέφαλός τε παλαχθείη ἄσπετον οὖδας. * Ab ὁδὸς deriuari posse videt., quoniam in solo ambulamus & incedimus: vel ab ἕω. ¶ Οὐδὸς, [oxyton.] οῦ ὁ, limen: lignum seu saxum in ima ianuæ parte, qua in ædes intratur. * Eustath. enim παρὰ τὸ ἐσ δύεσθαι deriuat. Il. θ. Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. Od. η Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῦ. Od. υ. ὑπέρβη λάϊνον οὐδόν. Plut. in Probl. Rom. τὴν σαμβύκην ἐν ἔθει αὐτὴν ὑπερβαίνειν τὸν οὐδὸν τῆς οἰκίας, ἀλλ' ὑπεραίρουσιν οἱ προπέμποντες. Pro eo per systolen dicitur ὀδὸς, apud Soph. in Oedip. Colon. teste Eust. Metaphorice γήραος οὐδὸς dicitur, i. introitus in senectutem. Iliad. χ. & Od. ο. & apud Plat. de rep. l. 1. Exponitur etiam exitus: in eodem exemplo: vt ἐπὶ γήραος οὐδῷ dicitur esse qui incipit egredi in senectutem, & morti proximus esse. ¶ Æolicè pro ὀδὸς ὐδὸς dicitur. Od. ρ. ἐσφῆφαι ἀργαλέ' ἔμμεναι οὐδόν, lubricam esse viam.

Οὐδαῖος, ὁ, humilis, terrestris: vt πίδαξ οὐδαίη, apud Nonn. fons è terra scaturiens. Οὐδαῖος Κρονίδης, Pluto subterraneus, apud Dionys.

*Composita.*

Ἀμφουδὶς [aduerb.] idem quod ἀμφ' οὖδας, in terram, humi. Od ρ. ἐλάσσεις κάρη ἀμφουδὶς ἀείρας. Scribitur & ἀμφοῦδις, apud Hesych. qui ἀμφοῦδις ῥίπτων, apud Hesiod. exp. ambab. manibus in terram deiiciens.

Προσουδίζω, humi allido, affligo ad terram, Plutarch. in Galb. προσουδίζοντος τὴν Γάλβα εἰκόνα. Sic apud Suid. ὁ δὲ ἄρας μετέωρον προσουδίζει τε καὶ ἀποκτείνει.

Ὑπουδαῖος, subterraneus.

---

ΟΥ̓ΘΑΡ, ατος, τὸ, vber, mamma: propriè in belluis. Herodot in Melp. τὰς φλέβας τε πιμπλᾶσθαι φυσωμένας τῆς ἵππου, καὶ τὸ οὖθαρ κατιέναι, & vber demitti Hom. Odyss. ι. Οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο, vbera intumescebant lacte. Apud Theleclidem vero comicum, Ὡς τὰ θήλεις εἰκότως οὖθαρ φέρω. Fuit & cibus in delitiis habitus. Plutarch. de conseru. valet. πράγματος σπανίου καὶ πολυτελοῦς μὴ ἀπολαῦσαι παρόντος, οἷον οὔθατος ἢ μυκήτων Ἰταλικῶν ἢ Σαμίου πλακοῦντος ἢ χιόνος ἐν Αἰγύπτῳ. Latini sumen etiam appellant. Metaphoricè verò οὖθαρ ἀρούρης dicitur vbertas & feracitas soli. Iliad. ι.

---

ΟΥ̓ΙΓΓΟΝ, vingum, herba Ægyptiaca, de qua Theophrast. hist. pl. lib. 1. cap 2.

---

Οὐκ, vide in Οὐ.

---

ΟΥ̓ΛΟΣ ου ὁ, integer, san', perfectus: [* Ionicè pro ὅλος, sicut οὐδὸς pro ὀδός.] Od. ρ. Ἄρτον τ' οὖλον ἑλὼν περικαλλέος ἐκ κανέοιο. Sic & Hesych. οὖλος exp. ὑγιὴς ὁλόκληρος. ¶ Item tener, mollis: vt Iliad. κ. οὔλη δ' ἐπενήνοθε λάχνη. Od. δ. Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαίνας οὔλας βάλον ἠδὲ χιτῶνας. Sic & Il. π. & ω. ¶ Itē crispus, contortas comas habens. Od. τ. καὶ δὲ κάρητος οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας. Theophrast. (de Græco acere) εἶναι δὲ τὴν μὲν ἐν τῷ ὄρει φυομένην ξανθὴν καὶ εὔσχιν καὶ οὔλην καὶ στερεάν. Dicitur & de quibusuis tortis, vnde & Hesych. exp. συνεστραμμένος. * Eust. in hac significat. ab εἰλῶ deriuat. Οὖλον aduerb. exp. συνεστραμμένον καὶ ὀξύ, vt Il. ρ. Οὖλον κεκλήγοντες ὅτε προΐδωσιν ἰόντα Κίρκον. Sic & Plut. φωνὰς οὔλας καὶ πυκνὰς καὶ συνεστραμμένας φθεγγομένας. ¶ Item οὖλος, manipulorum collectorum fascis: Athen. lib 14. τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὑτὰ προσηγόρευον ἀμάλας· συναθροισθέντα δὲ καὶ ἐκ πολλῶν μίαν γινόμενα δέσμην, οὔλους καὶ ἰούλους. Item hymnus qui in honorem Cereris concinebatur, teste Athen. ibidem. ¶ Pro ὀλοὸς vide in Ὄλλυμι.

*¶ Deriuata ab οὖλος integer sanus, &c.*

Οὐλότης, ητος, ἡ, salubritas. Alias signif. vide in sequentibus classibus deriuat.

Οὔλιος, salutifer. Sic etiam appellatus fuit Apollo, deus præstans salubribus causis, i. sanitatis autor, inquit Macrob. Et οὐλία, ἡ, epitheton Dianæ, eandem ob causam, teste Pherecyde.

Οὔλω, bene valeo, sanus sum. Odyss. ω. Οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε: θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν.

Οὐλὴ, ῆς, ἡ, vulnus ad sanitatem perductum: seu nota vulneris sanati: cicatrix, Odyss. τ. Aristot. de arte poët. Plut. de sera num. vind. ¶ Οὐλαὶ hordeū dicitur, quod integrum comedere-



tur olim ante euentum molarum vsum, vt tradit Eust. Accipitur & pro mola salsa quæ hostiæ aspersa sacrificabantur. Ody. γ. Paus. in Att. & Athen. l. 6. Pro eodem dicitur etiam ὀλαί, apud Hes. item ὀλαί, & ὀλαί, apud eundem & Suid.

Οὐλόω, ad cicatricem perduco: vnde ὀλοῦσθαι, cicatricem ducere, apud Aristot. in probl.

*Composita ex οὐλὴ & οὐλόω.*

Ἀπουλόω cicatrice obduco, ad cicatricem perduco. Diosc. libro 5. c. 84. τὰ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἀπουλοῖ. Et in pass. ἕλκη ἀπουλούμενα. Alexand. Aphr.

Ἀπούλωσις, εως, ἡ, cicatricis inductio: vel quum vulneris cicatricis contrahitur. Alex. Aphr. in probl.

Ἀπουλωτικὸς, cui vis inest cicatricem inducendi. Diosc. l. 1. c. 49. & l. 5. c. 97.

Δυσαπούλωτος, ægrè cicatricem trahens. Diosc. l 4 c. 41.

Ἐπουλόω, idem cū ἀπουλόω. Diosc. l. 3 c 92. ἐπουλοῖ τὰ παλαιὰ ἕλκη.

Ἐπούλωσις, idem cum ἀπούλωσις.

Ἐπουλωτικὸς, idem cum ἀπουλωτικός: vt ἐπουλωτικὸν φάρμακον, apud Gal. ad Glauc l. 2.

Συνεπούλωσις, (*Decomp.*) idem quod ἐπούλωσις, Aristot. prob. sect. 1. quæst. 49.

Κατουλόω, idem cum ἐπουλόω. Diosc. l. 5. c. 48. αἱ δὲ λουτραὶ εἰς ἐμπλάστρους καὶ ξηρὰ κατουλοῦν δύνανται.

Κατουλωτικὸς, idem quod ἐπουλωτικός. Idem l. 5. c. 103.

Δυσκατούλωτος, (*Decomp.*) ægrè cicatricem ducens. Diosc. l. 5. c. 95.

Συνουλόω, cicatricem contraho, cicatricem coire facio.

Συνούλωσις, cicatricis contractio.

Συνουλωτικὸς, cicatricem contrahere potens.

Ὕπουλος ου, ὁ, καὶ ἡ, sub cicatrice latens, Plut. in Lyc. item metaph. sub quo vitium aliquod latet, occultus, subdolus, fallax. Plato in Gorg. Plut. de fort. Alex. & in quæst. Platon.

Ὑπούλως, latenter, simulatè, infidè. Plut. in Cic.

Ὑπουλότης, ητος, ἡ, vitium latens & occultum: propriè, sub cicatrice. Cyrill.

Ἀνύπουλος, [*Decomp.*] sub cuius cicatrice nullum vitium latet. Et metaph. non simulatus, non infidus & subdolus.

*¶ Deriuata ab οὖλος, tener.*

Οὐλότης, mollities, teneritudo.

Οὖλον, ου, τὸ, gingiua, caro dentes cōtinens: sic dicta ob teneritatē ac mollitiem. Hippocr. & Alex. Aphr. in probl. Οὖλα verò Poll. l. 2 appellari scribit carnes quæ extra dentes ambiunt.

*Composita ex οὖλον.*

Ἔνουλα, gingiuæ interiores carnes quæ intrà dentes ambiunt, Poll. lib. 2.

Ἐπουλὶς, vitium gingiuarum, quo tuberculum in iis & carnis excrescentia prouenit, ad intimos molares dentes pertinens. Paul. Aegin. l. 3. c. 26. & Actuar.

Παρουλὶς, inflammatio partis alicuius gingiuarum, quæ nisi discutiatur, suppuratur & in abscessum vertitur. Aegin. l. 3. c. 26.

*¶ Deriuata ab οὖλος, crispus.*

Οὐλότης, ἡ, crispa coma, crispitudo. Aristot. de gen. an. l. 5. c. 3.

Οὐλὰς, άδος, ἡ, crispa: Nic. in Alexiph. Exponitur etiam densa, opaca.

Οὐλαμὸς, condensum & confertum agmen: propriè multitudo quinquaginta equitum quadrangulari forma disposita: vt definit. Plut. Vtitur & Hom. Il. υ. Transfertur ad apum agmen apud Nic. in Ther.

*¶ Pertinentia ad οὖλος manipulorum fascis, &c.*

Οὐλὼ, vocabatur Ceres, quòd eiusmodi fasciculos rusticis largiretur: Athen. l. 14.

Ἴουλος, idem cum οὖλος. Athen. ibidem. qui & annotat ἴουλον dici etiam τὴν τῶν ἐριουργῶν ᾠδὴν, cantilenam lanam tractantium. ¶ Ἴουλος dicitur etiam prima lanugo ex puberum genis efflorescens: in qua signif. ἀπὸ τοῦ ἰέναι deriuari traditur. Od. λ. πρίν σφωϊν ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους ἀνθῆσαι. Apollon. Arg. l. 2. Διὸς υἱέε τε χνοάοντας ἰούλους ἀντέλλοντε. Xenop. in symp. τούτῳ μὲν παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι ἴουλος καθέρπει. Tribuitur & auellanæ nuci, in qua sic appellantur villi callo compactili: apud Theop. hist. pl. l. 3. c. 7. ¶ Ἴουλοι nominantur & bestiolæ quædam multipedes. Hesych. & Suid. ¶ Item ἰούλους à Numenio appellata fuisse intestina terræ, testatur Athen. l. 7.

Ἰουλώδης ὁ, καὶ ἡ, iulos polypodas referens, qui est ex genere iulorum polypodum. Aristot.

Ἰουλίζω, primam lanuginem emitto. Tryphiod. de excidio Troiæ ἀφυιάστην ἰουλίζων κροτάφοισι.

Ἰουλὼ, idem quod οὐλὼ, Athen. l. 4.

Ἰουλὶς, ίδος, ἡ, piscis quidam apud Aristot. histor. an. libro 9. Diosc. l. 2.

*Composita ex ἴουλος.*

Ἀνίουλος, impubes, cui nondum effloruit prima lanugo.

Δημητρίουλος, seu δημητρίουλος, hymnus qui in Cererē concinebatur.

Καλλίουλος, idem. Athen. loco citato.

---

Οὔλυμπος, vide in Ὄλυμπος. Οὖμος, in Ἐμός.

---

ΟΥ͂Ν, igitur, ideo, itaque. Item tandem, tamen præcedente μὲν. Exponitur etiam, certè, quidem, vtique, vt γοῦν. Multis particulis subiunctum vacat. vt ὡς οὖν pro ὡς, ἐπεὶ οὖν pro ἐπεί: οὔτ' οὖν pro οὔτε, εἴτ' οὖν pro εἴτε. Sic οἷος οὖν pro οἷος. Interdum οὖν coniunctim legitur cum antecedente particula, vt ὁτιοῦν, οὐδ' ὁτιοῦν &c. Sic & γοῦν pro γε οὖν. Pro οὖν dicitur Ionicè & Doricè ὦν, igitur. Apud Herodot. sæpe παρέλκει.

Γοῦν pro γε οὖν. Interdum tamen pro solo γε ponitur, interdum pro οὖν solo. Aliquando signif. certè, quidem, vel certè quidem, equidem. Item quippe siquidem, nam. Interdum pro γε δὴ ponitur, seu ἀλλά γε, saltem. Interdum significat etiam, quoque. Nonnunquam significat οὖν, igitur, itaque, idcirco.

Ἤγουν, siue. vide in Ἤ.

Οὐκοῦν, vide in Οὐ.

Οὕνεκα, vide in Ἕνεκα. Οὔνομα, in Ὄνομα.

ΟΥ῾ΡΑ', ᾶς, ἡ, cauda. Tribuitur omni animantium generi ratione carentium, auibus exceptis, quibus ὀρροπύγιον peculiare est. Il. υ. Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν Μαστίεται. Odyss. κ. Οὐρῇσι μακρῇσι περισσαίνοντες ἀνέσταν. Plut. de solert. anim. ἴσαν δὲ τὰς οὐρὰς κινοῦντες. Xen. in Cyn. Ταῖς οὐραῖς διασείουσι καὶ ἐπικλίνουσι τὰ ὦτα. Per iocum de homine dicitur, vt & κέρκος. ¶ In exercitu sic dicitur extremum agmen: vt apud Xen. ὁπότε δὲ ἕποιτο κατ' οὐρὰν τῆς καὶ τὸ φυλάρχου τάξεως. Καὶ οὐρὰν ἐπιέναι, exp. etiam à tergo sequi: apud Athen. lib. 7. ¶ Nauis quoque prora οὐρὰ appellatur.

Οὐραῖος, α, ὁ, ad caudam pertinens. Apoll. Arg. 2. Τὸ οὐραῖον apud Hippocr. l. περὶ διαίτης ὀξ. παθ. dicitur extrema pars ossis. Et τὰ οὐραῖα sæpe appellantur ipsæ οὐραί: vt apud Athen. l. 7. σαίνουσι οὐραίοισι. In multitudine autem hominum sic vocatur pars posterior seu extrema: apud Phil. de vita M. l. 1. ¶ Fœmin. οὐραία per paragogen dicitur pro οὐρά, vt σελήναια pro σελήνη, & Ἀθηναία pro Ἀθήνη. Eust.

Οὐροειδεῖς τένοντες appellantur nerui, qui vsque ad ossis extremum protenduntur: apud Hippocr. ibidem.

Οὔειος, idem quod οὐραῖος: pro quo exempto υ dicitur ὄειος: vnde ὄεια πλεκτάς, apud Pind. teste Eust.

Οὐρίαχος, idem ac σαυρωτὴρ, ferrum quo ima hastilis pars præfixa est, quasi οὐρὰ τοῦ δόρατος. Il. ν.

*Composita.*

Ἀλωπέκουρος, ου, ἡ, vulpina cauda: genus herbæ, apud Theophr. hist. pl. lib. 7. cap. 10.

Αἴλουρος, ου, ὁ, (παρὰ τὸ αἰόλλειν καὶ κινεῖν τὴν οὐράν.) catus, felis. Aristot. hist. an. l. 5. c. 2. Item piscis quidam: apud Diosc. l. 2. c. 29.

Αἰλούρειος, radix quædam ita vocata, quòd cati ea vtantur. Hesych.

Ἀρκτοῦρος, q. d. vrsæ cauda: stella est post caudam maioris vrsæ inter bootæ crura posita. Hesiod. in Erg. ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος ἠώς. ¶ Est & herbæ nomen quæ aliàs arctium dicitur. Diosc. l. 4. c. 6 & Gal. l. 6 simpl.

Δολιχόουροι dicitur proprietas quædam versuum, quando versus aliquis pedum numerum vna syllaba excedit & caudam longiorem habet, vt est iste, Il. γ. Κάπρω θ' ἱστάμενοι καὶ συὶ ξ αἰθαλόεντ' Πολυδεύκεα. Tales etiã alio nomine ὑπέρμετροι appellantur. Eust.

Ἐπουραῖος, qui in cauda est. in Epigr.

Θυσάνουρος, hirtam & villosam caudam habens. Hesych.

Ἵππουρος, caudam equinam habens. ¶ Ἵππουρος, siue ἵππουρις, hippurus, piscis nomen. Athen. l. 7.

Ἱππουρις, ἡ, setis equinis comans, vt κυνέη ἵππουρις, apud Hom. Iliad. γ. ¶ Ἵππουρις, seu cauda equina, herbæ nomen, Latinis equisetum, Diosc. l. 4. c. 48.

Καμψίουρος, flectens caudam, idem quod σείουρος. Hesych.

Κόλουρος, caudam abscondens: epitheton fuci, quòd aculeum suum abscondat: apud Hesiod. in Erg.

Κεθύεις vulpes. Hesych.

Κολοβουρος, cauda truncus cui amputata cauda est.

Κόλουρος, idem Suid. ¶ In sphærica doctrina κόλουροι vocantur duo circuli maiores, quorum alter transit puncta æquinoctiorum, alter solstitiorum, mutuò se secantes in polis mundi ad angulos rectos sphæricos: sic dicti quòd semper altera eorum pars sub horizonte lateat. Procl.

Κολουεῖος, cauda truncus. Suid.

Κολουεία, caudæ truncatio. Hesych.

Κόλουεις, vulpes. Hesych.

Κυνοσουρά, canis cauda: i. vrsa minor, cynosura, sidus cœleste.

Λάμπουρος, lucentem caudam habens, cuius cauda fulget: nomen canis: apud Theocr. idyll. 8.

Λαμπουρίς, vulpes. Hesych. Item lampyris, noctiluca, cicindela: insecti genus, pro quo dicitur & λαμπυρίς.

Λαμπυρίζω, cicindelæ instar luceo. Diosc. l. 5. c. 99.

Λόφουρα, animalia quæ habent setas in ceruice erectas in modum cristæ, & caudam: seu quæ cristas habent & caudas. Aristot. in physiogn. & Theophr. de caus. pl. l. 3.

Μείουρος, siue μύουρος, cui cauda diminuta est & truncata: seu cuius extremitas in acutum desinit. Apsyrt. in hippiatr. Μείουρα dicuntur etiam quorum extrema sunt mutilata: vt μείουροι στίχοι, apud Athen. l. 14. versus in fine claudicantes. Sic σφυγμὸς μείουρος siue μύουρος, pulsus decurtatus aut mutilus decrescens, de quo Gal.

Μειουρία, ας, ἡ, caudæ breuitas, vel quũ extremitas est breuior.

Μειουρίζω, siue μυουρίζω, (tanquam à μῦς) sum cauda breuiori, cauda mihi decurtata est: vel in acutum desino, item minoribus terminis finior.

Μελάνουρος, nigram caudam habens. Plut. de liber. educ. μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. ¶ Item melanurus, piscis in cauda nigras maculas habens. Aristot.

Μελανουρίδες, pisces qui & μελάνουροι. Epigr.

Μόλουρις, Hesychio est cuspis mutilata, & αἰδοῖον, pudendum. Vide & composita ex Οὖρον, vrina. (Ther.

Μολουρίδες, animalia sunt locustæ similia, apud Schol. Nic. in

Μόλουροι genus serpentis apud eundem.

Μύζουρις, caudam, i. penem sugens, fellatrix. Eust.

Ἀπομύζουρις, [Decomp.] idem apud eundem.

Νώθουρος, ignauam caudam habens: vocabulum a comicis fictum, vt docet Eust.

Σαίνουρος, blandam caudam mouens, qui cauda mota adblanditur. Et σαινουρίς, quæ caudæ motu adblanditur. Apud Hes. pro σαίνουρος, scribitur etiam σείουρος.

Σεισοῦρα, caudam mouens: nomen auiculæ, quæ & motacilla.

Σίλουρος, ου, ὁ, piscis, qui sic dictus putatur, quia σείει τὴν οὐράν, abiecto ε. vide Athen. & Aelian.

Σκίουρος, cauda sibi vmbram faciens, vmbra caudæ se protegens. Nomen est animalis, apud Aelian. & Oppian. inde appellati, quod cauda sit ei loco vmbræ sub dio.

Σκορπίουρος, scorpionis caudam habens, cuius cauda scorpionis caudæ est similis. Σκορπίουρον, τὸ, herbæ nomen, cuius semen caudæ scorpionis simile est. de qua Diosc. l. 4. c vlt.

Κολλύριον quomodo huc pertineat, vide suo loco.

ΟΥΡΑΝΟ΄Σ, (& Doricè ὠρανός) ὁ, cœlum. Odyss. ι. Αὐτὰρ ὁ χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα. Il. τ. Εὔξατο δ' ἄρα εἶπεν ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν. Sic apud Plut. in Fab. εἰς τὸν οὐρανὸν αἴρειν, ab Hippocrate more vulgi dicitur aër qui supra nos est vsque ad nubium regionem. Et à Plat. in Tim. vsurpatur pro κόσμος. ¶ Οὐρανοὶ à Persis dicebantur regia tabernacula à rotunditate. Hesy. ¶ Item οὐρανὸς, palatum. Aristot. de part. an. l. 2. c. 17. *Ab ὅρος derivat. Aristot. de mundo: quum inquit, οὐρανὸν ἐτύμως καλοῦμεν ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω. Alij ab ὁράω deducunt, quod sit visui peruium.

Οὐράνιος, α, ὁ, καὶ ἡ, cœlestis. Theophr. Plut. de orac. Pyth. Οἱ οὐράνιοι, absolut. dij sicut Lat. cœlestes. ¶ Οὐράνια, τὰ, dicuntur imbres pro οὐράνια ὕδατα. ¶ Οὐρανία, ας, ἡ, subst. Vrania, vna ex nouem Musis. Plat. in Cratyl. ¶ Item ludi genus, quo pila in altum iactabatur, & priusquam in terram deferretur, ab exilientium manibus excipiebatur. Hes. & Eust.

Οὐρανιάζω ludo ludum qui οὐρανία dicitur. Hes.

Οὐρανίδης, ου, ὁ, cœlestis: peculiariter de deo aliquo seu cœlicola. Hesiod. in Theog. & Apoll. Arg. 2. Item cui cœlestis est origo, cœlesti semine natus. Hes.

Οὐρανίων, ωνος, ὁ, idem Il. α. θεοὶ οὐρανίωνες. Od. ν. Accipitur & pro deorum filiis. Il. ε.

Οὐρανίσκος, ου, ὁ, tentorium orbiculari rotunditate, vt cœlum. Plut. in Alex. Accipitur etiam pro lacunari augustalis: apud Athen. lib. 5. ¶ Item palatum. Damasc. 46. ¶ Est & nomen cœlestis sideris, apud Procl. quod corona australis & rota Ixionis vocatur. Schol. Arat.

Οὐρανόεις, εσσα, εν, ὁ, cœlestis: vnde apud Nic. in Alexiph. οὐρανόεσσα ὑπήνη, expon. capilli qui sunt in suprema labiorum parte, item palatum.

Οὐρανόθεν, cœlitus è cœlo. Iliad. α. Hesiod. in Theog.

Οὐρανόθι πρό ante cœlum, in aëre. Il. γ. Οὐρανόθι, in cœlo.

Οὐρανόσε, in cœlum.

Οὐρανίζομαι, cœlum peto. Hes.

*Composita.*

Ἀκρουρανία, summitas cœli, vertex cœli. Luc. in Lexiph.

Ἐνουράνιος, qui in cœlo est, cœlestis. in Anthol. Epigr.

Ἐπουράνιος, idem. Od. ρ. item qui supra cœlos est, vt apud Plat. in Apol. Socr. ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια.

Μεσουράνιος, qui in medio seu vmbilico cœli est. Et τὸ μεσουράνιον, vmbilicus cœli.

Μεσουρανέω, in medio cœli sum. Aristot. meteor. l. 3. ὁ ἥλιος καὶ τὰ ἄστρα μείζω φαίνεται ἀνίσχοντα καὶ δυόμενα ἢ μεσουρανοῦντα.

Μεσουράνημα, τὸ, & μεσουράνησις, εως, ἡ, quum sidus aliquod medium cœli tenet. Basil. in hexaëm.

Ἀντιμεσουρανέω, (Decomp.) in opposito cœli vmbilico sum. Plut. in probl. Rom.

Ὑπερουράνιος, qui supra cœlos est. item cœlestis. Grego.

Ὑπουράνιος, qui sub cœlo est. Od. ι.

ΟΥ͂ΡΟΝ, ου, τὸ, vrina. Arist. l. 1. de gen. an. διὰ τὸ οὔρον συντήκονται, tabescunt per vrinæ profluuium. In Geopon. οὔρῳ βοὸς θεραπεύειν κλύζειν.

κλύζειν. ¶ Item terminus *pro* οὖρος *siue* ὅρος, vt Il. θ. Ὅσσον τ' ἐν νειοῖ οὖρον πέλει ἡμιόνοιιν, Τόσσον ὑπεκπροθέων λαοὺς ἵκεθ', &c. Quo in loco exponitur etiam ὁρμημα, vt sit ab ὁρμῶ vel ὁρμῶ.

Οὐρηρός, ὁ, ὁ, vrinarius: vt οὐρηρὸν ἀγγεῖον, vas vrinarium ad excipiendam vrinam, apud Schol. Aristoph.

Οὐρέω, f. ήσω, vrinam reddo, meio. Hesiod. in Erg. Μήτ' ἐν ὁδῷ μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσῃς. Interdum cum accusat. vt apud Hippocr.

Οὐρέομαι, cum vrina excernor, mingor. Athen. l. 1. ὁ μὲν οὖν αὐτηρὸς ἰυσμὸς ἐστὶ καὶ τρόφιμος καὶ μᾶλλον οὐρεῖται.

Οὔρημα, τὸ, id quod meijtur, vrina: Hippocr. de nat homin.

Οὔρησις, εως, ἡ, i. le mingendi actus, Diosc. l. 1. Item pro vrina, Hippocr. in aphor.

Οὐρητικός, ὁ, ἡ, vrinam ciens, seu ciendi facultatem habens. Diosc. lib 2. c. 167. Athen. l. 2. & 9. ¶ Οὐρητικὸς πόρος, meatus vrinarius. Et οὐρητικὸς λίαν, qui suprà modũ meijt, Aristot.

Οὐρητήρ ῆρος ὁ, meat⁹ vrinari⁹. Apsyrt. in hippiatr. & Cels. l. 4.

Οὐρητρὶς ἰδος, matula, vas vrinarium. Schol. Aristoph.

Οὐρήθρα, ας, ἡ meatus vrinarius quo à vesica per caulem vrina defertur, vel foramen quà semen & vrina exeunt. Aristot.

Οὐρητιάω ῶ micturio meiere cupio. Aristoph. in Vesp. Ἀμὶς μὲν ἣν οὐρητιάσῃς, αὐτηὶ παρὰ σοὶ κρεμήσετ' ἐγγὺς ἐπὶ τοῦ παττάλου.

Οὐρητήρ, ῆρος, ὁ meatus vrinarius per quem è renibus in vesicam vrina defertur. Poll. lib. 2. Ponitur & prò vase vrinario: apud Athen. l. 1. ex Æschil & Soph.

*Composita: ac primùm cum præpositione.*

Ἀπουρέω, ῶ, in vri a deiicio, cum vrina excerno.

Ἀπουρέομαι οῦμαι, in vrina eiicior. Alex. Aphr. l. 1 probl. 101.

Διουρέω, permingo.

Διουρητικὸς ὁ ὁ, vrinam ciendi vim habẽs: vt διουρητικὰ φάρμακα, apud Aristot. & διουρητικαὶ δυνάμεις apud Diosc. l. 3. c. 76.

Ἐνουρέω, mingo in immingo, vrinam non contineo Diosc. l. 3. c. 52.

Ἐνουρήθρα, ας, ἡ, id cui immingitur, vas vrinarium, Poll. li. 10. cap. 9. ex Soph.

Ἔνουρος ὄχλος molestia in vrina. Hippocr. de corde.

Ἐξουρέω, cum vrina eiicio, in vrina excerno. Aristot.

Ἐξουρέομαι, excernor in vrina. Diosc. lib. 2. cap. 58 τούτου ἡ κοιλία κατ' ὀλίγον ποτιζομένη λίθους ἐξουρεῖσθαι ποιεῖν ἱστορεῖται.

Συνεξουρέω, (*decomp.*) simul mingo. Hippocr aphor. l. 4.

Ἐπουρέω, mingo super, vel simpl. mingo, vrinam reddo.

Κατουρέω, meio contra, permingo. Aristoph.

*Composita sine præpositione.*

Δυσουρία, ας, ἡ, vrinæ difficilis excretio. Item vrinæ suppressio. Hippoc. & Gal.

Δυσουρικός, vrinæ difficultati obnoxius. Τὰ δυσουρικὰ, sub. πάθη, pro δυσουρίαι Cic Ep. fam l. 7

Δυσουριάω, vrinæ difficultate laboro, ægrè lotium reddo. Diosc. lib. 1. c. 39. Δυσουρέω, idem Diosc. l. 5. c. 67.

Ἐμπροσθουρητικὰ ζῶα, animalia ex anteriori parte vrinam emittentia, vt homo & mascula quadrupeda.

Ἰσχουρία, obstructio vesicæ, integra vrinæ in vesica suppressio, Galen. in defin.

Λυγκούριον, lyncurium, electrum, lyncis vrina quæ simul ac excernitur, in lapidem concrescit. Diosc. l. 2. c. 100. & Theophr. in lib de gemmis.

Μολουρίς, ne vchio est μόλις οὐρῶν, ægrè reddens vrinam. vide & comp. ex Οὐρά, cauda.

Ὀπισθουρητικός, qui in auersum mingit, qui retrorsum vrinam emittit. Aristot. de hist. anim.

Παλίνουρος, qui iterum meijt.

Στραγγουρία, vrinæ stillicidium. Gal. comment. in aphor. Hipp. 7. sect. 48.

Στραγγουριάω vrinæ stillicidio laboro. Schol. Aristoph. συμβαίνει τοῖς ἐπιγενομένοις τὰ οὖρα στραγγουριᾶν.

ΟΥ῏ΡΟΣ ὁ, ὁ ventus secundus: παρὰ τὸ ὀρνύειν, ὅ ἐστι παρορμᾶν καὶ προτρέπειν, vnde & ἴκμενος οὖρος: vel quia δι' αὐτοῦ ὀρνύει (i. ὁρμᾷ) ἡ ναῦς, teste Eustat Od. γ. Ὦρτο δ' ἐπὶ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείουσιν ὄπισθεν. Od. ο Ἡ δὲ Φερὰς ἐπέβαλλεν ἐπειγομένη Διὸς οὔρῳ. Ibidem Τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει γλαυκῶπις Ἀθήνη. Sic & alibi sæpe apud Hom. Synes. ep 148 εἵλκετο ναῦς καὶ ἀνήγετο πρὸς οὖρον αὐτὴν καὶ πᾶσαις ἐκείνη, prouehebatur in altum ad ventum secundum. ¶ Item metaph. prospera fortuna, vt apud Suid. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ῥείτω κατ' οὖρον. ¶ Item custos, inspector. In qua signif scribit Eust. deriuatum esse vel ab ὁρᾶν videre: quia προορῶνται τὰ ἐπιόντα οἱ φύλακες vel παρὰ τὸ ὄρον τὸν ἐν τοῖς γηδίοις: quòd nimirum ὅρος ἦν καὶ φύλαξ τίθενται τὰ φυλασσόμενα καὶ ἀποδιϊστᾶν τῶν ἐπιόντων βλαβερῶν. Il. θ. Νέστορ δ' οἶος ἔμιμνε Γερήνιος, οὖρος Ἀχαιῶν. Sic & Il. λ. & Od. ο. ¶ Ponitur οὖρος, & pro ὅρος & pro ὄρος, quæ vide suis locis.

Οὐρός, autem oxyt. alueus, seu fossa per quam deducitur nauis in mare. Eustath. exp. ὁ τόπος ὅθεν ἡ ναῦς ὀρνύει, (i. ὁρμᾷ) καθελκομένη εἰς θάλασσαν. Il. α. Οὐρούς τ' ἐξεκάθαιρον, &c. Item ὀρὸς serum lactis: vide ὀρρὸς in C[illegible].

*¶ Deriuata ab οὖρος i. Ventus secundus.*

Οὔριος, ὁ, ὁ, qui à vento secundo proficiscitus, vel qui vento secundo fit: vt Πλοῦς οὔριος. Luc. & οὐρία πνοῆς, apud Theoph. de caus. pl. l. 2. c. 12. Sæpius οὐρία absolutè dicitur pro οὐρία πνοή, vt apud Plat. in Protag. Vnde & ἐξ οὐρίας pro ἐξ οὐρίας πνοῆς, apud Aristot. Greg. Syn. & ἐξ οὐρίων pro ἐξ οὐρίων πνοῶν apud Soph. in Aiace, & Chrysostom. ¶ Est & οὐρία auis nomen: de qua Athen. l. 9. ¶ Dicitur & οὔριος ἄνεμος pro οὖρος apud Thu. Pro quo & absolutè ponitur οὔριος, subaud. ἄνεμος, apud Luc. in Lexiph.

Οὔριον seu οὔριον ᾠὸν, ouum vrinum, i. irritum, ex quo nihil gignitur: quod & ὑπηνέμιον & ζεφύριον vocatur: de quod vide Aristot. de gener. anim. l. 3. & Plin. l. 10. c 58.

Οὐριάζω, vento secundo prouecho, secundo. Soph. in Oedip. tyran. ὃς γ' ἐμὰν γᾶν φίλαν ἐν πόνοις ἀλύουσαν κατ' ὀρθὸν οὔρισας. Aeschyl. Τὸν αὐτὸν ἀεὶ δαίμον' οὐριεῖν τύχης.

*Composita.*

Ἀπουρόω. ῶ. destituor vento secundo. Polyb. Ὅτε δὴ τὴν Μυωνδίαν ἀπουρώσαντες καθορμισθῶμεν.

Ἀπουροειδῆ, de ouis vrinis dicitur: Aristot. de gen. an. l 3.

Δυσούριστος, infelix, qui secundo vento non prouehitur.

Ἐξουρίαι τὰ ᾠά, dicuntur eadem, quæ & οὔρια & οὔρινα, Alex. Aphr. probl. l. 2.

Ἔπουρος, vento secundo impellens Soph in Trachin.

Ἐπουρίζω, vento secundo impello. Et metaph. secũdo & perficio veluti prospera aura promouens. Eurip. in Androm. Ἀλλ' οὔτε ταύτῃ σὸν φρόνημ' ἐπούρισας.

Ἐπουριάζω id. m. Luc. ἐπουριάζων τὴν ὀθόνην. Metaphoricè apud eundem de hist. scrib. δόξειε γάρ ποτε ποιητικοῦ τινος ἀνέμου ἐπουριάσαντος τὰ ἀκάτια. &c.

Συνεπουρίζω, (*Decomp.*) vna impello ventum secundum immittens. Aristot. de cœlo l 3 καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἑκάστου κίνησιν συνεπουρίζει τὸν αὐτὸν τρόπον, motus ipse violentus motũ naturalẽ impulsu suo adurget, quasi ventus secundus & porrò impellens. Dicitur & ipse ventus συνεπουρίζειν, quum comitatur euntes & spirat secundus. Aristot hist. an. l 8.

Κατουρέω vento secundo expando; explico vt ventus secundus inspiret. Polyb l. 1. Κατουρίζω, idem. Eust.

Κυνόσουρα ᾠά, oua vrina, irrita. Aristot. hist an. l. 6. c. 2.

Νουρεῖν, quidam interp. secundo vento vti: apud Laert. in vitâ Diog.

Πανούριος omnino secundus. πάνυ τὰ οὔριος. Hesych.

Πρόσουρος, idem cum οὔριος. Suid.

Προσουρέω, secundo vento vtor, feliciter ago. schol. Aristoph.

*Deriuata ab Οὖρος custos, inspector.*

Οὔριον, τὸ, custodia. Hesych.

Οὐρεύς, εως, ὁ, idem quod οὖρος apud eundem.

Οὐρέω, custodio: ibidem. Ὠρέω pro eodem vide in Ὡρα.

*Composita: ac primùm retinentia Οὖρος.*

Δύσουρος, custoditu difficilis. Hesych.

Ἐπίουρος, inspector, custos. Od ο. Exponitur &, βασιλεύς, Il. ι. Scribitur & ἐπίουρος, vt annotat Hesych.

Κηπουρός, hortorum custos, hortulanus. Plato in Minoe.

Κηπουρικός ad hortulanum pertinens.

Κηπουρέω, ῶ, hortum colo.

Ὁδουρός, siue ὁδουρός, ὁ, ὁ, qui vias custodit: plerunque in malam partem: de latrone & obsessore viarum. Eustath. Scribitur & ὁδοῦρος. Hesyc.

Οἰκουρός, ὁ, ὁ, domus custos. Athen. l. 13. Quum de homine dicitur, significat eum qui domi manet & res domesticas curat: vt in epist. ad Tit c. 2. Aliquando in malam partem accipitur pro eo quod domi semper desidet, nec ciuilia aut bellica negotia capessit: vt apud Plut. in Pericle. Item οἰκουρὸς κύων dicitur canis qui domi ignauè latitat nec venatum exit. Aristophan. in Vesp. Scribitur & οἰκοῦρος, vt annotat. Eust.

Peculiariter dicunt Siculi, pro χύτραν, κύθραν: vt pro χιτῶνα κιτῶνα, & pro μητέρα ἀδελφὴν pro γυναῖκα, γάνα. Cretenses vero pro δικαστὰς αἰεὶς: pro αὐτὸ αὐτεί: pro βέλτιον βέντιον dicunt: pro εὐδία, pro ἐνδίασιν. vertunt iidem & ἐς præpositionis ε in ι, vt pro ἐς χορὸν, ἐν χορόν. pro ἐς τὴν ἀγοράν, ἐν τὰν ἀγοράν.

Pro ἐνταῦθα, ἐνθαῦ, & pro δίωκε, διῶκε. (ραν.

Pro Θουκυδίδης, Θωκυδίδης: pro Θεοκράτης Θωκράτης: pro Θεόφραστος, Θώφραστος.

Pro κρέα, κρῆ, pro ἄκρατον, ἄκρητον. Pro κρεῖσσον, κάρρον: pro κελεύεται, κέλεται. Pro καταβαλεῖν, καββαλεῖν, Pro σορὸς τοῦ ἀχύρου, μύχωνας, dicunt. Pro τότε, τόκα. pro πῆμος, ἦμος.

Pro εἰκάδες εἰκάδες: pro εἶδος, σαῖδος, ἄσαδον.

Pro μίᾳ, μιᾷ. Et vbi dicendum ταύτας, τᾶς dicunt, & pro ἐνδεῖν, ἐνδεῖ, pro κρανίον, κράνον.

Ἄλημα τὸν ψυχὴν, τὴν νεκρὰν, h. e. τὴν ἔξω τοῦ σώματος. Et hæc de lingua Dorica. Differt auté Cretensium dialectus, qua Cypselas vsus est: & Laconum, qua Alcman & Sophron. Pindari auté & Simonidæ & Bacchylidis omnino ignoratur, eo quòd natura non sint Dores hi poetæ: habebant autem peculiaré sibi loquutionem.

*De singulis quæ Ionica dialecto propria sunt.*

In ας desinentes rectos supra duas syllabas in ης proferunt Iones. Herodot. ὁ δ' Ἀρχίης καὶ Λυκώπης μοῦνοι συμπεσόντες.

Datiuis pluralibus desinentibus in οις, addunt ι. Herodot. τοῖσι Σαμίοισι.

Pro κλεισθέντες κληϊσθέντες dicunt & pro Πηλείδεω, Πηληϊάδεω. dissoluunt enim diphthongum in ε & ι, deinde producunt ε in η syllabam, sicut pro ἱερεῖον, ἱερήϊον.

In ων desinentes genitiuos plurales fœmininos dissoluunt, pro αἰτιῶν, Θηβῶν, πυλῶν, ὁρέων, & Θηβέων, & πυλέων dicunt. Homerus. Ὅς εἶπεν, πυλέων ἐξέσσυτο. Et Hippocr. αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων τίκτουσι νοσήματα.

Sed & masculinorum genitiuos ab in ης rectis factos, per εων proferunt, dicentes Περσέων & νησιωτέων, Herodot. in tertia κατ' ἀρχὰς νησιωτέων, μάλιστα ἐπλωτέον.

Datiuis pluralibus fœmininis nominum non solùm ι addere consueuerunt, vt in datiuis pluralibus masculinorum nominum, sed αι diphthongi vertere α in η consueuerunt: vt Hippocr. ἐν τῇσι χροιῇσι λάθεσιν, ἐξ ἐκλείμαν ἐπιγινομένῃσι, πρόσθεν μὴ γινομένῃσι, σημεῖον ἀγαθόν.

In ω desinentes genitiuos ab in ας aut in ης rectis factos, per εω proferunt. Ab iis qui in ας, Herodot. τρίτῃ δὲ ἀπ' ἀρχίεω γενεῇ: pro ἀπ' Ἀρχίου: ab iis autem qui in ης, vt Ἀγεσίδεω δ' ἀδελφεῶ.

Subiunctiuis articulis, qui à vocali incipiunt, addunt τ Iones, vt apud Herodot. αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην δήμου ταύτῃ τοῦ ἐὼν pro ἐὼν & alibi. τοῖς ἐστὶ ἄλλο pro οἷς.

Ad ι addunt ι: vt Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. Et Εἵματα ξείνια δοῖν. Et Εἰνάλιος θήρ, pro ἐνάλιος.

O adiiciunt ipsi υ, pro κόρη, κούρη: pro νόσος, νοῦσος: pro ὄρος, οὖρος: pro μόνος, μοῦνος. Dixerit quispiam igitur quomodo οἶνος & φόνος non assumunt υ: non enim dicunt οὖνος & φοῦνος. Dicimus igitur quod à verbis οἴνω & φένω: deducta sunt: μόνος auté, etsi à verbo deductum, quoniam trium generum est, assumit υ.

A in η vertunt, pro Ἥρα, Ἥρη: pro σφαῖρα σφαίρη: pro δημοσία δημοσίη, pro πρᾶγμα, πρῆγμα.

In ως desinentes genitiuos per εος proferunt, eodem modo & alios casus non contractos, sed integros faciunt, Πολυκράτεα & Δημοσθένεα dicentes.

Τὸ πολλὸν dicunt, non τὸ πολὺ, & πολλὸς, non ὁ πολύς.

Ei ι præpositionem ἐς dicunt, vt Attici.

Præsentibus similiter & imperfectis præt. & partic. circunflexorum, vt & vniuersaliter dicam, omnibus modis integrè vtuntur, vt in Anacreonteis, Δοκέει κλύειν γὰρ ἤδη, Λαλέειν τις εἰ θελήσει. Et in oraculo καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω.

Pro ὁρᾶν ὁρέειν, dicunt α in ε vertentes: & pro ἰσχυόντων, ἰσχυόντες.

Ὦν pro οὖν dicunt. Herodot. καὶ ὦν φασι πολέες.

Ὤ quod significat ὑπάρχω, εὖ, efferunt, vt Homer. Ὅς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Tenues pro aspiratis amant, ἀπηγμένοι & ἀπίκοντο dicentes, nō in compositionib. solū, sed in collisionib. Herodot. οὐκ οἷοί τε ἦσαν.

Pro νῆας νέας, dicunt.

In ος genitiuos ab in ας rectis factos, per ηος proferunt, dicentes βασιλῆος & Πηλῆος.

In ου desinentes genitiuos ab in ος rectis factos, per οιο proferunt. vt pro Μενελάου, Μενελάοιο: pro θεοῦ, θεοῖο.

In ως desinentes genitiuos ab in ις rectis factos, per ιος proferunt dicentes, ὄφις, ὄφιος per ο, τρίσβους τρίεβος μάντις μάντιος πόλις, πόλιος, vt in Oreste. Eurip. Ὅς ἂν δημώτης πόλεως ἦν τ' ἀρχαιότης. Et rursus in alia fabula. Ἕρπει ὄφιος ἐν γαίᾳ θήρ.

Solent eodem modo incipientia facere præterita quo præsentia ex quibus ea facta sunt: vt τύπτε δ' ἐπιστροφάδην. Et ἄειρε δίφρον. Et Βῆ δ' ὁ γέρων. Et, Θῆκε δ' ἐπὶ φρεσὶ θεὰ λευκώλενος Ἥρη. Et, Ξάνθης δ' ἐκ κεφαλῆς ἕλετο τρίχας. Et, Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν. Οὐδ' οὕτω γεραρόν. Et Τοῖσι δ' εἶπερ μοι ἐείκοσι ἀντεβόλησα. Πάντες κ' αὐτοῦ ὄλοντο. Præterea autem, Καί νύ με δεξάμενος Πηλεὺς πέφρεν ἐς Φθίην. Et, Σὺν θεράποντι ὀκνῳνει. Et Ἔνθ' Ὀδυσσεὺς ἐγὼν ἴδ' ἔμην καὶ ξείνια δῶκα.

Et vt vniuersaliter dicam, correptiones Ionum sunt: vt νέας ἀμφιελίσσας, pro νῆας, & ὄφιος & πόλεος: sicut Atticorū productiones. vt Πυλέσι ταί τις δ' ἔυρε γέρων ἁλιος νημερτής. Et, Οὐδ' ἐπεί τ' ἐς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν.

Puto quod & εὐωχία Atticè producitur & scribitur per ω: ἔχειν enim dicitur τροφὴν & εὐωχία, quod bene habet corpus & continet.

Secundas personas singulares passiuorum faciunt ex tertia persona singulari per subiectionem τ. Homer. Γνώσεαι Ἀτρείδη Ἀγαμέμνονα, τὸ ἀεὶ πάντων, Ζεὺς ἐνέηκε πόνοισι διαμπερές. Et rursus, τίο μ' ἔχεις ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ ἀχθεῖναι. Σὺ ἰδ' εαι κραδίην.

Similiter & genitiuos à rectis in ας neutrorum nominum per τος declinatorum, per subtractionem τ dicēces, vt κέρας, γέρας.

Τε abundat apud eos, & superfluum est: vt Herodot. ἐπεί τε ἐγένετο ταῦτα: pro ἐπεί.

In ως desinentes genitiuos neutrorum per εος proferunt.

Et omnem casum huiusmodi integrè deducunt, vt τείχεος βέλος. Et Ἐκ δ' ἔραδ', ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεύς.

K pro π in interrogatiuis & relatiuis vti solent: vt pro Πῶς, κῶς: pro ὅπως, ὅκως: pro ὁπόσα ὁκόσα non tamen in aliis.

Vertunt autem aspiratas in tenues, & tenues in aspiratas, vt pro χιτὼν, κιθών: pro ἀκάνθιον, ἀχάντιον: pro βάτραχος, βάθρακος, & similia.

Ω pro α aliquando vti eos dicunt, vt pro ἄνθρωπον, ὤνθρωπε, & pro ἄεισον, ἄεισον. ego autem puto ex collisione in solis rectis hoc facere eos, & in vocatiuis, quemadmodū & Attici faciūt. Initio Herodotus in vocatiuo sic inquit, ὤνθρωπε μὴ κλέψῃ Κροῖσε. Et rursus alibi ὦναξ Ἡράκλεις: pro ὦ ἄναξ. Et Sophoc. Ἀλλ' ὦναξ, ὡς δ' ὅς ἂν βλάψῃ μὲν. Νῦν τοῖς κακοῖς πράττουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται. Et Homer. Λοιδοὺς ἀνὴρ ὥς εἰς ἔλαύνει μωνυχας ἵππους pro ὁ ἀνήρ. Nam ο & α in ω contrahitur vel colliditur.

Et ο & α in ω magnum contrahunt: vt βόαξ, βῶξ, piscis genus.

Item α & ο in ω magnum commiscetur: vt τὰ ὅπλα, θὤπλα.

Et quoniam ὅπλον aspiratur, vertitur τ in θ: hoc verò Atticum est: si enim esset Ionicum, non versum esset, quia tenuibus gaudent Iones.

Ω pro α, in diphthongo vtuntur, ωὐτὸς, dicentes pro αὐτὸς, & θωυμάσας pro θαυμάσας. Hinc puto Ionicè sic dictū φωριαμὸς pro φαριαμὸς, vt sit ab origine vocabuli quod vestes cōtinet arca.

Incidere & diuidere dictiones, Ionum proprium: vbi enim dicendum Πελοπόννησος, Πέλοπος νῆσος dicunt, & pro ἀγχέμαχον, ἄγχι μάχον.

Acceptiones infinitiuorum pro imperatiuis, Ionum sunt. Homer. Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, pro ἀγόρευε. Et Πειρᾷν δ' ὡς κεν πρῶτος ὑπερκύδαντας Ἀχαιούς pro πείρα. Et innumera alia eiusmodi apud Homer. & Hesiod. inuenimus.

Acceptiones masculorum pro fœm, Ionum sunt, vt Il. Τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν pro ἑσπέρα.

Diuisiones in ει desinentium singularium datiuorum, Ionum sunt propriæ, βελέϊ pro βέλει, ἔγχεϊ pro ἔγχει.

In ω desinentia fœminina accusatiuo in ουν finiunt vt pro Λητώ, Λητοῦν, pro Σαπφώ, Σαπφοῦν.

I extrahunt Iones interdum ex dictionibus, dicunt enim ποιέεσθαι pro ποιεῖσθαι.

Antea diximus Ionum esse scribere & dicere, ὄφιος & πόλεος nunc autem dicimus communibus ipsorum genitiuis vti Iones, & præcipuè Homerum, vt Ἐξ αὐτοῦ νέοφι πόλιος. Et Hippocr. Ἀπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάρροια ἐπιγινομένη, θανάσιμος.

Gemina

Geminationes in secundis indefinitis Ionum sunt, vt hoc, τετύκοντό τι δ' αὖτα.

Transpositione literarum Ionica lingua vtitur, vt κραδίην pro καρδίαν: ἀτραπιτὸς pro ἀταρπιτός.

Duplex σσ in ξ vertunt Iones: nam pro διασσὰ, διξά: & pro τρισσὰ, τριξὰ dicunt.

Subtrahunt sæpe, ex dictionibus, vt Ἡροδότου Ἀλικαρνασῆος ἱστορίης ἀπόδεξις, pro ἀπόδειξις.

Sed & subtrahere ex possessiuis ι Ionum est, vt ἀργύρεος, χρύσεος, Homerus, Ἐκπέρσαι τε χρυσέα περὶ στήθεσσι δαΐξαι.

In ες desinentes rectos plurales, si ab in εὺς, rectis fiunt, per ῆες proferunt: vt βασιλῆες, ἱππῆες, quoniam & genitiuum sic proferunt. Si verò ab in ης, vel in υς, per ε, vt ἀληθής. rectus singularium & rectus pluralium apud nos ἀληθεῖς per ει diphthongum, Ionicè autem ἀληθέες: & rursus pro πολεῖς, πολιες: vt illud Πολίες δὲ μιν ἠρχέατο φέρειν καὶ ὀξέες ἧλοι.

Dubitauerit autem quispiam, quomodo genitiuos ab in υς rectis non proferant per ῆος, vt ἡδῆος, ὀξῆος, sicut βασιλῆος & ἱππῆος. Est igitur dicendum, quod nunquam penultima genitiui maior vult esse vltima nominatiui in iis quæ inæqualiter declinantur vt Αἴας rectus ας habet naturâ longum: Αἴαντος genitiuus lõgam penultimam. Aut igitur æqualis debet esse penultima genitiui vltimæ recti, aut minor, vt in Αἴαντος, & χαρίεντος, & λέων λέοντος nunquam autem maior. Quoniam igitur Πηλεὺς & similia habebant vltimam longam, fecerunt & Iones penultimam longã genitiui, vt sit æqualis vltimæ nominatiui, quum non fieret ex hoc regulæ transgressio. In ἡδὺς autem non potuerunt vertere genitiuum ἡδέος in η. sic enim inueniretur maior penultima genitiui, vltima recti quoniam ἡδὺς breuem habet vltimam, & ὀξὺς, & huiusmodi. In σ enim desinentia cum ambigua, per abiectionem σ neutrum facientia, correptam habent ambiguam, ὁ μέγας τὸ μέγα, ὁ ἡδὺς τὸ ἡδύ.

Ex θηλεία extrahunt ι, & in omni casu hoc faciunt. Herodot. τῶν θηλέων ἵππων μίαν τὴν ὁ Δαρεῖος ἐς τὰ μάλιστα ἔστεργε. Et rursus, Ἐγχρίμπτων τῇ θηλέῃ.

Non expressum ι pronuntiare solent. Hom. Ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα. & παμφαίνων ὅστιν ἑταῖρος. Et Hesiod. Χρηΐζειν ἀπιόντος.

Additiones ι τῷ ε sequente vocali, vel vna immutabilium, Ionum sunt: vt pro ἕως, εἵως, κεινὴ, pro κενὴ & ξεῖνος, pro ξένος.

Mutare οι diphthongum in ες syllabam, Ionum est. Hom. ἐρίηρες ἑταῖροι, pro ἐρίηρες. Et ἐρυσάρματες ἵπποι, pro ἐρυσάρματοι.

Immutationes η in α breue, Ionum sunt, vt μεμάχημαι pro μεμάχημαι & λελασμένος pro λελησμένος, & ἄλαστος pro ἄληστος. Si quis autem dicat. Quomodo aliàs α in η vertunt: vt pro Ἥρα, Ἥρη, pro τιμὰν, τιμὴν aliàs η in α? scito quòd α in η vertunt quum est α longum: α autem in η non generaliter, sed quum est α breue, Immutationes. autem breuis α, in η, posteriorum Ionum sunt. Hæc igitur ad veritatem tendunt.

Exemptiones earum quæ in principio sunt consonantium, Ionum sunt, λείβειν, εἴβειν: pro γαῖα, αἶα: pro δεινὸς, εἰνός.

Semper ἂν syllabam abundantem ponunt inter præpositiones, vt, ἐξ ἂν ἕλον, & ἀπ' ἂν ἴδοντο.

Primas vocales literas ex dictionibus extrahunt Iones: vt pro ἐκεῖνος, κεῖνος: pro ἑορτὴ, ὀρτή.

Composita verba dissoluunt & interponunt nomina: vt λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς, pro κατεδηδώς. Et Κατὰ δ' ἔκτανεν Ἠετίωνα pro κατέκτεινε. [πεπαλάσμεθα.

Inuertere dictiones, Ionum est proprium: ὄρνιθες ὥς. Et Οἱ δ' ἔ-

Hyperbata Ionum sunt: vt, Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν, hoc est, διέβησαν.

Diæreses, in ως desinentium aduerbiorum quæ à genitiuo plurali fiunt, cuius rectus singularis in ης terminatur, & in ους habet genitiuum singularem. Ionum propriæ, vt εὐσεβὴς, εὐσεβοῦς: genitiuus pluralis εὐσεβῶν & mutatione ν in ς, εὐσεβῶς. Sic ἀληθὴς, ἀληθοῦς, genitiuus pluralis ἀληθῶν & mutatione ν in ς, ἀληθῶς, & id genus alia. Hæc igitur & huiusmodi diuidunt Iones, vt nomina, ἀληθέως dicentes & ἀτρεκέως, & εὐσεβέως. Tamen in ὁσίων ὁσίως, & δικαίων δικαίως, & θαυμαστῶν, θαυμαστῶς, non item. horum enim genitiui non in ως desinunt, vt sint diuisi & in nominibus & aduerbiis.

Dores (vt dictum est) producto vtuntur α, vertentes η in ipsum: vt pro ἥλιος, ἅλιος: pro νῆσος, νᾶσος: pro σελήνη, σελάνα. Iones autem correpto vtuntur eo.

Et vt in vniuersum dicam, & Prosthesi & Aphæresi, & Epectasi & Syncopa vtuntur. Est autem Prosthesis Aphæresi contraria, & Epectasi Syncope.

Et Prosthesis quidem est, quum in prima syllaba nominis assumitur aliqua litera, vt pro ἕνεκα, εἵνεκα: pro Ἴλιον εἴσω pro ἴσω. Sic pro μόνος, μοῦνος: pro ὅλος, οὗλος. Hæc autem ego Prostheses non dico, sed Parentheses: vt & illa, pro ἔνατος, εἴνατος: pro πνέοντες, πνείοντες. vt Hom. Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί, Et, Ἠμὶν δ' εἴνατός ἐστι περιτροπέων ἐνιαυτός.

Prosthesis autem dicitur, quum in principio orationis alia assumitur litera: vt pro σταφὶς, ἀσταφὶς, pro πᾶς, ἅπας, pro θέλοντι, θέλοντι, ἐθελοντί. estque hoc Atticũ etiam. Siue igitur sit Prosthesis siue sit Parenthesis, Ionum est. Sed & quæ sunt contraria his. Est autem contraria (vt dictum est) Prosthesis Aphæresi, & Parenthesis Ellepsi.

Est verò Aphæresis, in principio sublatio: vt pro ἐκεῖνος, κεῖνος: pro ἐκεῖσε, κεῖσε: pro ἐχθὲς, χθὲς pro ἐμὲ, μέ: pro ἑορτὴ, ὀρτή.

Ellepsis autem abiectio est vocalis de medio non facientis syllabam, vt ἀμύξαι, pro αἰμύξαι: & ἴτερος pro ἴτηρος. Est autem hoc & Atticum. Hæc igitur propria Ionum sunt, Prosthesis inquam & Ellepsis, & Parenthesis & Aphæresis, denique Syncope, quæ est contraria Epectasi.

Est autem Syncope, defectus vnius syllabæ in medio dictionis. vt pro οἴμημα, οἶμα: pro κακόμορος, κάμμορος: pro ἐξαίρετος, ἔξαιτος: pro ἁρμόσαντες, ἄρσαντες.

Parectasis, abundantia est vnius syllabæ in medio: vt pro ἀδελφὸς, ἀδελφεός: pro κενὸς, κενεὸς: pro ἔτυμος, ἐτήτυμος.

Fit autem aliquando syncope etiam duarum syllabarum, vt pro Δευκαλιωνίδης, Δευκαλίδης. Hac syncope vtuntur & Æoles: vtuntur & Diæresibus: vt H. δεῖ γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. Diæresis autem Synalœphæ contraria.

Est autem Synalœphe duarum vocalium diuisarum in vnam syllabam vnio, vt pro τὸ ὄνομα, τοὔνομα, & est proprium hoc Atticorum. Anadiplosis verò (vt diximus) propria est Ionum, vt pro λάχωσι, λελάχωσιν: & κεκαμὼν, pro καμών: & πεπαλὼν, pro παλών. Sed & sublatio, ipsorum est, vt pro βεβλημένος, βλήμενος. Est autem Anadiplosis contraria Ασις.

Rursus, Systole quidem Ionum est, vt Ῥόχθει γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν ἠπείροιο. pro ξηρόν. & νέας ἀμφιελίσσας pro νῆας, correptum enim Ionicè fuit η in ε.

Ectasis verò Atticorum est, quæ breues in longas vertit, vt τεθήμεναι pro τεθέμεναι.

Rursum qui dicitur Proschematismus, est Ionum. Est autem Proschematismus abundantia syllabę in fine: vt pro θεοῖς, θεοῖσι, pro σοφοῖς, σοφοῖσι, pro μύσαις, μύσαισιν. Huic autem contraria est Apocope, est verò hæc Dorum: vt pro ἱδρῶτα, ἱδρῶ. Homerus, Ἱδρῶ ἀπεψύχοντο. Sic pro κυκεῶνα, κυκεῶ.

Rursus paremptosis, quæ erat contraria Ecthlipsi. Ionum est, vt pro λεγόμεθα, λεγόμεσθα.

Ecthlipsis autem Dorum tantùm est, vt pro σκήπτειν, σκήπτεν.

Rursus διπλασιάζειν, (id est, duplicare) siue διπλασιασμός (id est duplicatio) Ionum est: qui est contrarius Paralipsi. Est autem Diplasiasmus, quum in aliqua consonantium eadem consonans additur, vt pro ὅτι ὅττι. vt, ὅττι κεν εἴπω. Sic pro ἔσον, ἔσσον. Homerus, Τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Parallepsis est: quum aliqua ex geminatis consonantibus deficit: vt pro κάλλιον, κάλιον, & est Dorum. Ionum autem proprium abiicere ex ει diphthongo ι: vt pro μείζων, μέζων, pro κρείσσων κρέσσων. At verò Ellepsis (vt prædixi) est abiectio vocalis de medio, quale est pro αἰμύξαι ἀμύξαι.

Pro ἐπὰν, ἐπεὰν dicunt. Herodotus, ἐπεὰν ἐκβῇ ἐς τὴν γῆν ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κροκόδειλος.

Pro ἐνταῦθα ἐνθαῦτα dicunt permutatim Herodotus, ἐνθαῦτα ὁ τροχίλος ἐσδύνων.

(tanquam à ζώειν Ζωὴν vocant & τὴν ζώσαν γυναῖκα, i. viuentem mulierem

Pro λίαν, κάρτα dicunt.

Pro μέγεθος, μέγαθος. Herodotus in 2. hist. πρόσωπον δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐπίχρυσον, μέγαθος ἐστὶν κριξ.

Ε & ο in ευ diphthongum miscentur apud eos. Herodotus, ἐς τῶν ἱρέων πέντε καὶ πεντήκοντα ἔσται γὰρ ἀποθανών τριῆτος. Et πλεῦνας pro πλέονας. Sic, Μετὰ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν Ἑλλήνων στρατιὴν πολλὴν βοηθεῦσαν Μενέλεῳ. [καὶ μετιέναι.

Pro σφίσιν σφὶν dicunt Homerus, Ὅς σφιν ἐΰφρονέων ἀγορήσατο

Μὲν copulatiuam cõiunctionem pro μὴν expletiua accipiunt, vt apud Herodotum, Μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην.

Pro ἕως, οὗ, ἐς ὃ dicunt Herodotus, Ἐς ὃ ἐξεῖλεν.

Pro Πάλιν dicunt semper αὖτις, & non αὖθις.

Ex ἐπιτήδειος ι eximunt, & ἐπιτήδεος dicunt Herodotus, ἵνα συμβάλλοιτο εἶναι ἐπιτήδεα ἐπὶ τὸ ὁ τούτου.

[ἱρεξ ἱρηξ.

Contractio ι & ε in ι longũ, Ionum est, pro ἱερεὺς, ἱρεύς, pro ἱε-

Et mutatio α in η, vt ἴρηξ, per eandem fit dialectum Hesiod. Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον.

Et pro ὄφεις, ὄφις, Ionicum est.

Pro τέμνειν τάμνειν dicunt. Herodotus in secundo, τὰς ἱερέας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ συλλέξαντες πάντας μέσους διέταμον. Et Hippocrates, φλέβα τάμνειν.

Ex ἐκεῖνο auferunt γ. & pro ea interponentes ι, ἐκεῖνο dicunt. Herodotus millies hoc vtitur. [ἐκπλώσαντες

Pro ἐκπλεύσας, ἐκπλώσας dicunt. Herodotus, Κατὰ λίμνην

Σφεῖς, σφᾶς, & σφῶν diuidunt, & sic proferunt, σφέες & σφέας & σφέων. Hom. Ἀλλὰ σφέας κρατερὸς Διομήδης ἐξενάριξε. Νοῦν & ῥοῦν & χροιὰν diuidunt, νόον & ῥόον & χροιὰ dicentes Homerus, Ταμεσί-χροα χαλκόν. Herodotus, Οἱ δὲ ἐπὶ νόον πέμπουσι.

Participio εἰπὼν non vtuntur, sed εἴπας, vt τύψας.

Εἴρατο per diphthongum scribunt, idque ideo, vt opinor, quoniam idem principium habentia faciunt præterita cum suis præsentibus. Est enim apud ipsos præteritum imperfectum ἔρατο, deinde interpositione ι, fit εἴρατο. Sic & ἐσεκεῖνοτο apud eos per ει diphthon-

diphthongum scriptum, vel à Themate assumit ει diphthongum. Est enim ἐρωτῶ & ἔρω, & fit interponendo ι, εἰρωτῶ & εἴρω. Et passiuum εἴρομαι εἰρόμην, εἴρου, εἴρετο.

Præterea Iones tertias personas plurales præteritorum perfectorum sic faciunt. In tertiis personis singularibus habentibus tenuem ante τ, vertunt tenuem in suam aspiratam, & addunt α: vt pro νενίψαται, νενίφαται: pro λέλεκται, λελέχαται: pro γέγραπται, γεγράφαται. Si verò vox communis linguæ grauitona fuerit per ς, tunc Ionica habet ante αται characteristicam medij præteriti perfecti, πέφρασται, πεφράδαται, quia πέφραδα dicitur. Si verò à circumflexis naturâ longam penultimam habentibus, hanc corripiunt ante αται in debitam correptionem, vt πεποίηται, πεποιέαται.

¶ Item constituunt Iones in δης desinentibus patronymicis Epectases, dicentes, Πηληϊάδου & Ατρεϊδέω, debebat enim esse genitiuus Πηλείδου & Ατρείδου.

Quoniam in δης patronymica vna syllaba superant gen. primitiui, vt Πηλέως & Πηλείδης, Πριάμου Πριαμίδης: sic & Ατρέως Ατρείδης, debebat esse Patronymicum, sed Iones faciũt Epectasin, & sic proferunt. Ατρεϊάδης dicentes & πηληϊάδης, deinde per productionem Atticam Πηληϊάδης.

Vtuntur autem & Metathesibus. Est autem Metathesis quũ vel prima litera fit secunda suæ propriæ syllabæ, vt pro ἀτρα-πιτός, ἀταρπιτός (ex τρέπεσθαι enim iam & α priuatiua particula facta est hæc vox ἀτραπιτός, & significat τὴν εὐθεῖαν ὁδόν, id est rectam viam inde facta est metathesis, (i. transpositio) primæ literæ & dicitur ἀταρπιτός) aut secunda, fit prima, vt κραδία: pro καρτερός, κρατερός: pro τέταρτον, τέτρατον. Homerus Τέτρατον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

Secundum est autem differre Metathesin ab Hyperthesi, nam Metathesis in eadem syllaba fit: Hyperthesis verò in posteriore, vt ἔθνεος, nã à νόθος erat νοθεῖος, sed per Hyperthesin, ἐθνεῖος & rursus γόνυ, γόνυος, & δόρυ δόρυος: sed per Hyperthesin, γουνός & δουρός. Vtuntur & hac mutatione Iones.

Scire autem oportet quòd antiqua Ias intercidit, ob inhabitantium commutationem, & permansit vsque ad illud tempus quo fecerunt Iones colonias, & in loca multa dispersi sunt.

Dicitur autem apud eos, pro ὑγιαίνειν, οὔλειν: vnde & sanata vulnera οὐλάς dicimus.

Et pro λεῖος, Μοῦσος: pro Μαντεύεσθαι, Ανελεῖν. Et loca in quibus versantur, Ἤθη. Et pro ἐπιμελῶς, Ανακῶς, pro ξενίαν ἐδωρήσατο, ξενίην συνεθήκατο: & pro ἀπατηλῶς, vel ἐπιμελῶς, Επιστροφέως: pro ὀκνήσας: ἰχνήσας pro θυμωθεὶς, & ταραχθεὶς, ἀστεμφέως: pro ἔποικος. Εφέστιος. pro Θυσφόρων. Ημεκλέων: pro ἑτέροις, Μετεξετέροις: & pro ἡσυχάζειν, Ελιννύειν. Item Λεῖπνα dicunt τὰ μὲν δήμους καὶ ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν.

Pro διανοηθέντα, Εννώσαντα: pro ἀνέπεισεν vel ἐδίδαξεν, Ανέγνωσε: pro βαφὰς Φαρμακα: pro ἀναλώματα, Τέλη: pro λαύρας, dicunt ῥύμας, id est, τὰς ἀμφόδους. Σαγάρις autem πελέκεις vel τὰ ὀκχυρὰ ὅπλα, & φαλέτρας vocant Αρδεις.

Φάλαρα appellant τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα: Ψιλῶας, bestiolas quæ in grossis nascuntur.

Σχοινοτενὲς dicunt quod longum est & rectum. Συμψήσας pro συντρίψας. Αἱμασιὰν autem vocant τὸ ἐκ χαλίκων οἰκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον. Dicunt autem Φάρσος pro κλάσμα: Τρύφος pro ἀκρωτήριον. Et Ταρσὸς καλάμων vocant τὴν πρασιὰν ἢ ξήραινον τὴν πλίνθον. Εμβολον appellant rostrum nauis. Εναγίζειν verò dicunt τὸ χοὰς ἐπιφέρειν ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, i. inferias inferre aut sacrificare mortuis. Et ῥῦσιν, liberationem.

Επιπολα dicunt τὴν μὴ βαθεῖαν κλῆσιν, ἀλλ' ἐξ ἐπιπολῆς. Λεύκην verò morbum quendam circa totum corpus. Κνυζήματα, τὰ γοερὰ ἀποφθέγματα: Γεωπείνας, τοὺς γῆς στερηθέντας καὶ ἀπορημένους.

Pro ἱκανάς, αἰνάς dicunt: vt Herodot. in secundo, Επιεικέστατον dicunt τὸ μέτριον καὶ καλῶς ἔχον.

Pro ἀποδιωχθέντες, κάπτοντες dicunt: Κορμὸν verò inflexum quoddam lignum appellant: & εὐμαρίην, ἀπόπατον.

Pro ὀπτώμενα dicunt πατεόμενα: & βάρις pro ναῦς.

Οσιριν vocant Dionysum. Αφοδίας, pro ἀλύσεις, aut pro ψέλλια secundum quosdam.

Συρμαΐζειν dicunt τὸ καθαίρειν σῶμα ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος.

Λῖνον cantilenæ nomen, vel lyræ chordam.

Θυσάνους dicunt pro κροσσούς. Et Αποφορὰν appellant τὴν τελευτὴν παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις.

Ηλυσιν vocant τὴν πορείαν καὶ ἔφοδον. (ex adipe & melle.

Συρμὴ apud eos dicitur olus quoddam apio simile, vel cibus

Επιχώρια sunt ἐγχώρια.

Τετραφάσιοι pro τετραπλάσιοι τετράφυοι.

Απημαίνει pro ἐβλάβη.

Αποιμοιρους verò dicunt pro ἀτιμωτέρους.

Pro φανερῶς, Επαΐστον: pro σώφρονα φρενήρη dicunt. Accipitur autem hoc & in contrario.

Καταπροΐξεσθαι dicunt pro προῖκα ποιῆσαι (gratis seu impunè facere.) Et pro κατέφαγε, Επιλαμψεν.

Αἶσαν verò portionem. vel sortem.

Pro κατεπεπομπήμενον, dicunt τετρυχωμένον.

Pro πολεμεῖν dicunt Αντιάζειν: & pro αἰδοῖα, Μῆζεα. Herodot. ἀπὸ μέζεα ἔδειν.

Pro καταπαιχθεὶς vel γελασθεὶς dicunt διαβεβλημένος. Herodot. ὦ βασιλεῦ διαβεβλημένος ὑπὸ Αμάσιος οὐ μανθάνεις;

Pro καλλωπίσας dicunt ἀσκήσας, vt, ὁ, ἡμεῖς σοι κόσμῳ ἀσκήσας ἀποπέμψεν ὡς ἑαυτοῦ θυγατέρα.

Pro ὅπλισται dicitur Εναρεις ab illis.

Διασφάγες illis sunt αἱ διεστῶσαι Πέτραι.

Γνωσιμαχεῖν, significat illis, cognoscere suã imbecillitatem & inimicorũ robur.

Σίτυρα ab iis dicitur βαρβαρικὸς χιτών.

Υβρίζειν, pro σκιρτᾶν, ab illis ponitur.

Οἴσυπη, ipsis est sordidarũ ouium lana, & ouium excremẽtũ.

Νεοχμῶσαι, pro νεωστὶ κινῆσαί τι.

Φερέγγυος, pro βέβαιος.

Εφεδρος, pro ἐπίκληρος.

Αγκαλετίζειν, pro διώκειν.

Τετραπτερυλίδες, apud Iones dicuntur locustæ, eo quòd quatuor habeant pennas: duas extra maiores, minores autem intus alias duas.

Ουκ ἱκνεομένως, pro οὐ προσηκόντως, siue οὐ καθηκόντως.

Απεπλήξατο, pro ἀπέφυγε, πλὴξ enim βῆμα, ex quo πλήγματα, πηδήματα, vnde & pro περιβάδην, Αμφιπλὶξ, apud Sophoclem in Triptolemo, & Homerus, Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δ' ἐπλίσσοντο πόδεσσιν.

Et ψώζειν, pro θάλπειν. Est autem apud eos Ψῶ, rusticæ compellatio. (λίπτα.

Κόλλιξ, autẽ species est panis rotundi, ex quo & apud nos κολ-

Σχοίνων συμβολεῖς dicuntur ab ipsis ψιαθοπλόκοι.

Ιθαγενεῖς sunt οἱ γνήσιοι παῖδες, id est, legitimi liberi.

Πρόξενοι, sunt præfecti ciuitatum, & curatores, & qui hospitio (suscipiunt.

Σπαργᾷ pro ὀργᾷ, & ἐπιθυμεῖ.

Κορδίνημα verò pro καρηβαρεῖν, sed scribitur & Σκορδίνημα.

Ιξὺς ab iis appellatur ἡ ὀσφύς.

Ρικνὸν, verò τὸ ἔξω νεῦον καὶ στραβόν, quod & ῥοιβὸν dicitur.

Pro σεσηπὸς, [id est marcidum] dicunt σαπρόν.

Pro ἐπιπάσαι, Παλῦναι dicunt.

Pro πρόσφατα dicunt Ποταίνια.

Βλακὸν, pro τρυφερόν.

Μασελήτας vocant τοὺς φρυγανώδεις ἄνθρακας. Potius autem Μασελὸν vocatur ἡ θερμὴ σποδιά. (dicitur μεριμνῶν.

Μελεδαινόντων pro μεριμνῶν siue θεραπευόντων, μελεδαίνειν enim

Μυστίλλην vocant τὸν κοῖλον ἄρτον, i. panem concauum.

Μυδῶσα dicunt pro ἐκρέουσα.

Pro δημόσιον, Επιδήμιον.

Pro ἀθλιβῆναι. Βλιμάζειν.

Et pro ἐστέναξεν. Εμυξε. (ποιοῦντα.

Ελατήρια appellant medicamenta τὰ τὰς κάτω κοιλίας θεραπεύοντα.

Pro ἐνέδωκεν dicunt Ενεχείρισε.

Εδιχάσθη dicunt pro in duo diuisum est.

Et pro ἀδυνάτως Εὐθυωρίᾳ dicunt.

Pro ἐτυλώθη, dicunt Εμυλώθη & Εχείμασε, pro ἐμαστίχθη.

Pro ἐκτόπως & παρὰ δόξαν dicunt ἐκτόπιως.

Pro διαφορώτερον, dicunt Επιστροφώτερον. Pro μύλωνα, ζεύγιτον.

Pro ὁμοιωμένων, Ηδελφισμένων dicunt. Pro πυρετὸν, Θερμωλήν. (χὴν ἐξίστασθαι: id est, μαίνεσθαι.

Pro καταδύσεις dicunt Θαλάμους. Et Θειάζειν pro τὸ κατὰ ψυ-

## De Aeolica Dialecto.

Æoles τὸ β τῷ ρ addunt quum τῷ ρ infertur τ, vel κ, vel δ, vt βρυτὴρ pro ῥυτὴρ & βράκος, pro ῥάκος. & βρόδον pro ῥόδον.

Genitiuos à rectis in αι diuidunt Æoles, & per αων proferunt, vt νύμφαι, νυμφάων, & παρθεναι, παρθενάων.

Syncopæ in medio, Æolum sunt, vt ὤρσει pro ὥρμησεν, & ὤλλος pro ὁ ἄλλος, item τὤλλο pro τὸ ἄλλο.

Pro ποῖον Æoles Κοῖον dicunt.

Τεθνακὼς & Τεθνακυῖα, pro τεθνηκὼς & τεθνηκυῖα.

Additiones θα syllabæ, Æolum sunt, vt εἴπηθα.

Iô αις vnius syllabæ nomina diuidunt: vt pro παῖς, Πάϊς, pro δαΐς, Δάϊς. (λείπουσα.

Ω pro ου vtuntur Μῶσαι, pro μοῦσαι & Λείπωσα dicentes pro

Υ pro ο vtuntur pro ὄνομα, Υνυμα & pro ὅμοιον, Υμοιον, dicentes. Interdum autem & ι pro ο. nam πρός σε, illi πρίς σε dicunt. Et pro ο paruo ω magno: vt pro ὄστα ὤστα.

Η pro ει, diphthongo vtuntur. ἐλθῆν enim dicunt, & λαβῆν & ἰδῆν, per η, pro ἐλθεῖν, & λαβεῖν & ἰδεῖν.

Quæcunque per ει diphthongum apud nos efferuntur, per solum ε proferũt, multiplicãtes immutabiles: vt pro ἱμείρων, ἰμέρρων: pro στείλας, ἔστελλας: pro εἵματα, ἔμματα: pro ὑμεῖς, ὔμμες. (gem)inant & σ & π, & τ. vt τοσσοῦτον. ὅππη, ὅππως. ὅττι.

Pro ὁσμὴν ὀδμὴν, dicunt: pro ἱερὸν, ἱρόν.

Genitiuos in nominatiuos transferentes, declinant, ὁ μάρτυρος, τοῦ μαρτύρου: sic ὁ φύλακος τοῦ φυλάκου. (pro μετ' ἐμοῦ.

Π pro μ vtuntur: ὄππατα, pro ὄμματα, dicentes: & πετ' ἐμοῦ

Vocatiuos in ων desinentium singularium corripiunt: vt pro χελιδὼν, χελιδὸν: pro ἀηδὼν, ἀηδόν: pro Σαρπηδὼν, Σαρπηδόν.

Ex αι

Ex αι diphthongo abiiciunt ι, quum eas consonans non sequitur: pro Ἀλκαῖος, Ἀλκάος scribentes & pro ἀρχαῖος, ἀρχάος.

Τὸ εἷμα, scriptum per ει diphthongum, ἧμα dicunt.

Pro ὀδύνην, ἰδύνην: & pro ὀδόντας dicunt ἐδόντας.

Μίλητος, per η scriptum, per α proferunt, μίλατος, dicentes.

Errantes autem per quandam pronunciationem, dicunt σδυγὸν pro ζυγὸν: pro ξίφος, σκίφος pro ψέλλιον: σπέλλιον, & pro ψαλίδα σπαλίδα.

Pro Θόας, Θόαις, dicunt, & pro μέλας, μέλαις: pro τάλας, τάλαις. At pro Αἴας, Αἴαις non dicunt propter concursum vocalium & αι diphthongi: quoniam malè sonaret. Sed dicet aliquis, Quare desinentibus in ας, habentibus α longum addunt ι, vt in Θόας, & reliquis? Possumus autem dicere quod productione gaudeant, simul & breuiorū syllabis pro Πηλεὺς, Πηλεῦς, dicentes: & pro φθείρω, φθέρρω, nam positione longa minor est quàm ea quæ natura est longa. Quoniam igitur α natura longum, maius est αι diphthongo habente ι quod pronunciatur, (nam qui duorum militum munia obit, fortior est duobus illis) diphthongo αι vtuntur.

Iidem sæpe in α faciunt rectos: Ἀρχύτα enim dicunt, pro Ἀρχύτας: sic Ὑβραγόρα pro Ὑβραγόρας. Item γέρων ἱππηλάτα, Πηλεύς; pro ἱππηλάτης. Et ἱππότα Νέστωρ, apud Homerum.

Optatiua primi indefiniti actiui per εια proferunt: vt pro τύψαιμι, τύψεια, pro ποιήσαιμι: ποιήσεια: pro λέξαιμι, λέξεια. Et prima persona hi soli vtuntur: secunda verò & tertia, Athenienses τύψειας, τύψειε. Et τύψειαν, tertia persona pluralis.

Horum sunt & diæreses: nam pro Ἀργεῖοι, Ἀργέιοι, dicunt & contractiones: nam pro βασιλέϊ, dicunt βασιλεῖ.

Vertunt ει diphthongum in οι, vt quum pro ὄνειρος, dicūt ὄνοιρος.

Dualibus numeris hi minime vtuntur, quemadmodum & Romani qui ex his sunt deducti.

Hi in ω desinentibus datiuis non subscribunt ι vt τῷ Ὁμήρῳ & τῷ σοφῷ.

Ἄρης, per ε flectunt.

Extractiones ι non solum Æolum sunt, sed & Atticorum & Dorum, nam pro ἑταίρων, ἑτάρων dicunt.

Hi consonantes omnes geminant in breuibus, vt τὸ ὄννεπε, & τὸ ἔννη, & his similia.

Pro Τρωσὶ καὶ γυναιξὶ, hi Τρώεσσι, καὶ γυναίκεσσι, scribunt, & his similia:

In ος desinentes genitiuos per αο proferunt Αἰακίδαο enim Ionicè, Αἰακίδεω, verò Atticè: Αἰακίδου, autem Æoles scribunt.

Quod non pronunciatur ι, pronunciare consueuerunt in secunda & tertia persona, vt pro βοᾷς, βοαῖς γελᾷ, γελαῖ.

Pro ξ proferunt κς: vt pro ξένον, κσένον. Et πς: pro ψ, vt pro Πέλοψ, Πέλοπς.

Et pro η proferunt ε vel α, quod commune est etiam Doribus. Ac vertunt η in ε quidam, vt quum pro Ἄρης, dicunt Ἄρες in α autem, vt quum pro Ἐκάβην, Ἐκάβαν: pro πύλην, πύλαν: pro νῆμα, νᾶμα: pro πῆς, πᾶς: pro ἀπάτην, ἀπάταν pro ἀδικήσαι, ἀδικάσαι, dicunt.

Pro θ, proferunt φ, vt φλᾶται, pro θλᾶται.

Pro duobus ππ, duo σσ, vt ἐμπίσσειν, pro ἐμπίπτειν.

Pro σ, τ, vt pro σύ τύ: pro εἰς σε, εἰς τε.

Pro τ, σ, vt pro στολὴν, σπολὴν pro σταλεὶς, σπαλεὶς.

Pro ω magnum ο paruum: vt pro ὥρα ὄρα, pro ὠτειλὴ, ὀτειλή.

Vtuntur syncope & in compositis vocabulis geminantes mutas, κάππεσεν pro κατέπεσεν: & καδ᾽ δ᾽ ἑ pro κατὰ δ᾽ ἑ, & κάββαλεν, pro κατέβαλεν.

Grauitonè pronuntiant non solùm nomina, sed & articulos quum nominum locum habent: vt pro ὁ σὸς, ὃ σός: pro ἡ σὴ, ἣ ση pro τὸ σὸν τὸ σον.

Eodem autē modo & dissyllaba quæ apud nos acuunt vltimam, ipsi grauitonè pronuntiant, vt σόφος, κάλος, ὄξυς βράδυς, βάρυς, λεῦκος, βῶμος, θῦμος, πράχυς, σκλῆρος, χῶλος, & similia.

Vocatiuum nominum in ης, qui est in ες, absque σ, proferunt: vt pro Σώκρατες, Σώκρατε, Ἀριστόφανες, Ἀριστόφανε: pro Δημόσθενες, Δημόσθενε. Et à genitiuis casibus σ auferunt, dicentes, Σωκράτου, Διομήδου, Σοφοκλέου.

Pro accusatiuo datiuum accipiunt in pluralibus, vt τοῖς ἀνθρώποις, pro τοὺς ἀνθρώπους. Hoc autem faciunt quia vtuntur ι pro υ. Accusatiuum verò pluralem proferunt ως pro ους accipientes, vt τὼς ἀνθρώπως, τὼς ἵππως.

Infinitiua verba in ειν desinētia, ipsi per ην efferunt penultimā acuentes pro φιλεῖν, φίλην: pro καλεῖν, κάλην, pro φρονεῖν, φρόνην.

Quæ autem apud nos desinunt in ᾶν, ipsi αις mutant, vt pro γελᾶν, γελαῖς, pro πεινᾶν, πειναῖς.

In ουν desinentia infinitiua ipsi per οις efferunt, vt pro ὑψοῦν, ὑψοῖς, pro ὀρθοῦν, ὀρθοῖς, pro χρυσοῦν χρυσοῖς.

In ω terminata verba apud nos, in μι faciunt, vt pro νοῶ, νόημι: pro φιλῶ, φίλημι.

Quæcunque autem participia in vltima acuimus, & i[...] minamus, per ν apud illos efferuntur & acuunt penulti[...] pro εἰρηκὼς, εἰρήκων: pro νενοηκὼς νενοήκων, seruant autem & horum declinationes cum terminatione illa conuenientes.

Dicitur apud eos pro ἔρως, ἔρος: pro γέλως, γέλος, & inflectunt ea quemadmodum quæ in ος desinunt propria nomina.

Ἐγὼ, circunflectunt, ἐγῶν, dicentes, & pro ἐμοῦ, ἐμεῦς.

Pro σὺ dicūt τὺ sicut Dores: & pro ἡμεῖς ἄμμες: ὑμεῖς, ὔμμες.

Pro ἐνθάδε, τυῖδε: pro ἄλλοτε, ἑτέρωσε dicunt.

Pro χείρονα, χέρρονα: pro ἱμάτια, ἵμματα.

Pro ἐπαινῶ, αἴνημι.

Pro μία ἴα.

Pro ψῆφος, ψάφαξ.

Pro ἔστρωται, ἐστόρηται.

In medio duarum vocalium interponunt υ: ἀὴρ, enim αὐὴρ dicunt: & pro ἴσως, ἴσυως. Quum verò consonans est media, non interponunt υ.

Et hæc quidem de dialectis dicta sunt à me pro viribus: fortasse autem & alia quispiam accuratè indagans, inueniet quæ ab his sunt diuersa.

## EX PLVTARCHO EXCEPTA
### De Dialectis & Homerico earum vsu.

Varia dictione vsus (Homerus) ex omni Græcorum dialecto characteres suis poëmatis interseruit. Vnde eum totam Græciam & cunctas nationes peragrasse constat. Nam Doriensium ἐλλείψει (quæ perquàm familiaris est breuitati studentibus) vsus est, pro δῶμα dicens δῶ vt hic, αἶψα δ᾽ ἐν δῶ Ἀφνειὸν πέλεται, & pro ὅτε ὅ: vt ὅ μοι αἰετὸς ἵκετο χλοῦνας, & pro ὄπισω, ἄψ, ο quidam in α, π verò & σ in cognatam ipsis literam, nimirum ψ, mutando: Denique pro ἄλλοτε, ἄλλο: vt Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν, ἐφετμή, & huiusmodi. Ad eundem modum & medias syllabas concidendo, dicit ὅτριχας pro ὁμότριχας, & οἰέτεας pro ὁμοετεῖς & ὀπάτριον pro ὁμοπάτριον: item τρεῖν pro τρέμειν, & τῖν pro τιμᾶν. Eorundem Doriensium est & literas transponere, vt quum pro κρατιστοι, κάρτιστοι dicunt.

Æolum verò τῇ συγκοπῇ, in compositiuis vtitur καδδραθέτην dicens pro κατεδραθέτην & ὔβαλλεν pro ὑπέβαλλεν. Deinde tertias imperfecti personas apud alios in ει diphthongum desinentes, Æoles per η efferunt ἐφίλη, ἐνόη, pro ἐφίλει, ἐνόει, quem morem sequutus Homerus ait, δίδη μόσχοισι λύγοισι, pro ἔδει quod est ἐδέσμει, ligabat. Et.

Τοὺς μὲν ἄρ᾽ ἔντ᾽ ἀνόμων διὰ μῦθος ὑγρὸν ἄεντων.

Eorum est commutare σ in δ, ac pro ἴσμεν dicere ἴδμεν, & ἴδμεν pro ἴσμεν. Præterea & pleonasmo in quibusdam vocibus vtuntur, vt quum pro ἑκηλος, εὔκηλος & pro ἀτὰρ αὐτὰρ dicunt. Item secundæ verborum personæ θα syllabam adiicere, pro ἔφης, ἔφησθα, & pro εἴρηκας εἴρηκασθα dicendo. Porrò consonantium duplicationem alij Doriensibus, alij Æolibus tribuunt, quale est illud, ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, & ὁππότερος τῷδε ἔργα.

Ionum autem proprietatem obseruat, dum τῇ ἀφαιρέσει præteritis verborum temporibus vtitur, veluti quum βῆ dicit pro ἔβη, & δῶκεν pro ἔδωκεν, siquidem in more habent præterita tempora ab iisdem literis inchoare, quibus & præsens: & auferre ε in voce ἐρεύς & ἰρηξ. Præterea quum tertiis subiunctiui modi personis σι addit, vt quum pro ἔλθῃ, ἔλθῃσι, & pro λάβῃ λάβῃσι dicit, nec non datiuis eandem adiicit, θύρῃσι & ὕλῃσι dicens. Ad hæc dum τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, & νοῦσον pro νόσον, & κεινὸν pro κενὸν & μείλαν pro μέλαν effert. Denique & α quum productum fuerit, in η mutat vt Ἥρη, Ἀθήνη, pro Ἥρα, Ἀθηνᾶ. Accidit autem nonnunquam vt è contra η in α mutantes, pro λελησμένος, λελασμένος, dicant. Insuper & circumflexa ita per διαίρεσιν efferunt, pro φρενῶν φρενέων, & pro νεῶν dicentes νεέων. Eodem modo & genitiuos in ους desinentes proferunt, vt Διομήδεος, Σαπφοῦς, pro Διομήδους, Σαπφοῦς: & circunflexos genitiuos plurales, vt Πηλέων, Περσέων, denique & plurales nominum neutrius generis rectos in η desinentes, vt σθένεα, μέλεα, idémque de eiusdem numeri genitiuis iudicium. Cæterùm hoc eis proprium est, vt τετράφαται, & similia iudicant.

Maximè verò Attica dialecto vsus est, quippe quæ sit varia & ex aliis mixta. Nam quemadmodum Attici λεὼς pro λαὸς vsurpant: ita & ipse Πηνέλεως & χρέως dicit. Est autem eis familiare contractionibus nonnunquam vti, & pro duabus vnam syllabam efficere, vt pro τὸ ἔπος τοὔπος, pro τὸ ἱμάτιον θοἰμάτιον quibus hoc (Homeri) est simile, Τρῶες δ᾽ ἐρρίγησαν ἀολλέες: & πεδία λωτοῦντα, pro λωτόεντα. Atticum quoque est ex huiusmodi optatiuis ι tollere, δοκοίης, δοκοῖς, τιμῴης τιμῷς, secundum quem Atticismū dictum est, ἄλλοι δ᾽ ἐκκαλέσειτε τάχιστα. Atticum est etiam hoc Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους, quod nos κακίονες dicere solemus. Solent quoque huiusmodi accusatiuos non per διαίρεσιν efferre, βοῦς ἰχθῦς, vt in hoc βοῦς ἀργέτι μυκωμένους: & ἰχθῦς ὄρνιθάς τε. Et illud Atticè dictum est, ὡς δ᾽ ὅτε μιν ἄγνυσι ῥήγνυσι ῥέοντες, vt ζεύγνυσι, ὄμνυσι. Præterea & breues vocales Attici ex verbis abiiciunt, vt pro λυέσθω, λύσθω, pro οἴομαι, οἶμαι ad quem modum & pro ἐλύετο dicunt λῦτο. Eorundem est dicere ἐώρων, & ἐωνησάμην, ex abundanti addentium ε vnde etiam est ἐωνοχόει. Elidunt etiam ι, quum pro ῥῆνες, ῥῆνες, & pro Νηρηΐδες, Νηρῆδες dicunt. Sic verò & illud habet, σφῶι δὲ μάλ᾽ ἠθέλετον. Denique in datiuis in ι purum desinentibus, quorum penultima α obtinet, idem fit, vt in his κέραι γήραι σέλαι. Est & hoc Atticum vbi dicitur ἕστων, & ἐπιάσθων, pro ἑστάτων & ἐπιάσθωσαν. Eiusdem consuetudinis est quòd optatiuos pro præteritis indicatiuorum

vsurpantque & Homerus identidem vtitur. Praeterea quum nominibus foeminis articulos, participia, & adiectiua masculina coniungunt, vt τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε: quod & Platoni familiare est, ἄγοντι κ φέροντι, & ὁ ὄρος γυνή, & ὁ δίκαιος. Sic igitur & Homerus de Iunone & Minerua dixit. Οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ: & Ἤτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν, & κλυτὸς ἱπποδάμεια. Porrò quum dialecti multã quoque in constructionibus proprietatem habeant, quando poëta dicit, Ἀλλ' ἄγ' ὥς δυσεν Μενελάου κυδαλίμοιο. Atticam consuetudinem refert. & quando ait, δ' ἐξ τῶ εἰ σκῆπτρον & ϑέμιστ ᾗ καλλι παρὰ Διὸς εἶπας, in his definit. Quo pacto igitur omnium Graecorum voces congerendo, variam orationem efficiat, dum vtitur nonnunquam peregrinis, vt sunt praedictae: aliquando verò priscis, vt quum dicit ἄορ & σάκος, interdum etiam communibus & assuetis, vt quum dicit ξίφος & ἀσπίς. manifestum est. Sed est hoc admiratione dignum vulgares etiam dictiones apud eum orationis grauitatem retinere.

## EX EODEM PLVTARCHO EXCEPTA De tropis, & Homerico eorum vsu.

CAeterum quoniam ornata oratio à communi consuetudine discedit, vnde aut euidentior, aut grauior, aut modis omnibus iucundior fit: & verborum quidem immutatio, tropus, sententiarum autem, schema vocatur, & horum species in arte dicendi perscriptae sunt: videamus num horum aliquid ab Homero praetermissum sit, númve aliud quiddam à posteris inuentum sit, quod ille non prius dixerit.

Inter tropos igitur ὀνοματοποιΐα admodum illi familiaris est. Nouerat enim priscam nominum originem, quòd hi qui primitùs nomina rebus indiderant, pleraque ab euentu appellassent, & inarticulatas voces in scripta retulissent, vt quum dicerent φυσᾶν, & τρίζειν, & βροντᾶν. & quae istis sunt similia. Vnde & ipse quaedam nomina prius non extantia ita finxit vt conformia essent rebus per ipsa significatis: cuiusmodi sunt haec δοῦπος, ἄραβος, βόμβος, & ῥόχϑει, ἀνέβραχε, & σίζε, ac alia istiusmodi, quibus nemo significantiora inuenerit. Et rursus vbi alias voces ad alias res pertinentes aliis tribuit, vt quum dicit φλέγμα κακὸν φορέουσα, (id est, malum incendium ferens) efficaciam in conflagrando significãs: & dum πυρετὸν dicit pro πῦρ, (id est, ignem pro febre.) Quibus & hoc affine est χαλκοτύπους ὠτειλάς, vult enim dicere, τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας. Denique (vt summatim omnia complectar,) multa verborum nouitate multa cum licentia vsus est: alia quidem praeter consuetudinem immutans, alia verò ciet eam ob causam insigniora reddens, vt orationi decus & magnificentiam adderet.

Praeterea epithetorum copia illi est, quae propriè & suo loco subiectis accommodata vim propriis nominibus aequipollentem habent, vt quum singulis diis, singulas appellationes attribuit Iouem μητιέτην & ὑψιβρεμέτην, & Solem ὑπερίονα, & Apollinem, φοῖβον vocans. Iam absoluta ὀνοματοποιΐα, alios quoque tropos videamus.

Κατάχρησις, quidem (quae vsum ex eo quod propriè significatur, in aliud proprium nomen non habens, transfert) apud poëtam est, vbi ait σειρὴν χρυσείην. (id est, catenam auream) σειρὰ namque funiculum propriè denotat. Et vbi dicit αἰγείην κυνέην, siquidem galea apud eum κυνέη appellatur, quòd ea olim ex canina pelle conficeretur. ibi verò & eam galeam caninam vocat quę ex caprina pelle facta erat.

Μεταφορὰ autem, (quae inde nomen sortita est quòd rē à propria significatione in aliam, cum conueniente rei similitudine, transferat) & multa & varia apud illum est, vt illud,

> Ἤ κεν ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο. id est,
> *Contulit hoc fracto se magni vertice montis.* &
> Νῆσος τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται, id est,
> *Insula, quam pontus circumuoluit atque coronat.*

Quam enim rationem vertex in homine, eam & cacumen in monte: & quam corona ad eum cui imponitur, eandem & mare ad insulam habet. Porrò affinibus pro propriis nominibus vtens, orationem non solùm speciosiorem, verum etiam euidentiorem facit. Sunt autem variae apud eum metaphorae: quaedam ab inanimatis ad animata, vt φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο, (id est, Caeruleae nauis sic est auriga loquutus) pro ναύτης nauta, & Βῆ δὲ μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν, (id est, iuit ad Atridem pastorem tot populorum) pro βασιλέα, regem. Aliae autem ab animatis ad inanimata, vt ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης, (id est, sub extremum Idae pedem) pro τὴν ὑπώρειαν, radices. Et οὖϑαρ ἀρούρης, (vber agri) pro τὸ γόνιμον, fertilitas. Aliae econtrà ab inanimatis ad animata veluti σιδήρειον νύ τοι ἦτορ. (id est, ferreum certè tibi pectus) pro σκληρὸν, durum. Postremò ab inanimatis ad inanimata, vt σπέρμα πυρὸς σώζων (id est, semen ignis seruans) pro γόνιμον ἀρχὴν. Porrò sicuti nominum, ita & verborum translationes apud eum sunt, quale est, Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω, (i. Littora namque boant, feriente salo atque procellis) pro ἠχοῦσιν, sonant.

Alius deinde tropus (qui μετάληψις vocatur) fit quando per cognominationem res diuersa significatur. vt, Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσιν: insulas enim quę propriè appellantur ὀξείας, significare vult. si quidem θοὸν & ὀξὺ idem declarant. Ὀξὺ autem non solùm velocitatem motus significat, sed etiam id cuius forma tendit in tenuitatem. istiusmodi & hoc est, ἐγὼ δὲ θοῶσα μοχλὸν ...

Alius tropus συνεκδοχὴ vocatur, quando ex eo quod propriè significatur, aliud quiddam eiusdem generis intelligitur: estque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus, vt πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὔας. (id est, ad murum bene structum boues torridos) boum námque appellatione corium, ex quo scuta fieri solent, innuere vult. Aut ex parte totum, Τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω. (id est, huiusmodi autem caput desidero) nam voce capitis, totum hominem significat. Et quando pro Pulchra λευκώλενος dicit, (id est, Candidis vlnis praedita) & pro bene armati, ἐϋκνήμιδες. (id est, bene ocreati.) Aut ab vno multa, vt quando ita de solo Vlysse dicit, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν. (id est, Postquam Troiae sacrum oppidum deuastauit) neque enim ille solus, sed vnà cum aliis Graecis Troiam euertit. Econtra ex multis vnum, vt στήθεα δ' ἱμερόεντα, pro στῆθος. Praeterea ex specie genus, vt μαρμάρῳ ὀκριόεντι βαλών. marmor námque saxi species est. Aut econtrà, ex genere speciem intelligimus, vt, Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι. si quidem non quaslibet ὄρνιθας, (id est, aues) sed augurales tantùm dicere vult. Adhaec ex adiunctis, effectum rei, vt Πάνδαρος ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν. (Pandarus, huic dono dedit arcum Phoebus Apollo) arcus enim nomine iaculandi peritiam notat. Et ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ. (id est, Sedentes dealbabant aquam.) Et οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγόν. (id est, Tota die iugum mouebant) ex accidenti námque in priori exemplo, Remigabant, in posteriori autem, Currebant, intelligi debet. Insuper ex praecedenti consequens, vt λῦσε παρθενίην ζώνην. (id est, Virgineam soluit zonam) ex eo námque sequitur quòd vitiauerit. Et contrà, ex consequenti praecedens. vt quando pro φονεύειν, (id est, occidere) ἐναρίζειν dicit, id est, spoliare.

Est autem & alius tropus μετωνυμία, quae fit quando vocabulum quod de re alia positum est, aliud quiddam secundum relationem significat, quale apud eundem,

> Ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ Δημήτερα κωλοτομεῦσι: id est,
> *Ast iuuenes terra Cererem concredere pergunt.*

Triticeum námque fructum designat, quem sic à nomine Δημήτηρ (id est, Cereris) inuentricis appellauit. Et vbi ait,

> Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο. id est,
> *Viscera Vulcanum supra transfixa tenebant.*

Nam Ἡφαίστου, (id est Vulcani) nomine ignem declarat. Porrò affine iam dictis &, hoc est, ὅς κεν ἐμῆς γε Χοίνικος ἅπτηται, (id est, qui meam choenicem attigerit) ea námque quae in choenice continetur, innuit.

Praeterea & alius tropus ἀντονομασία vocatur, & fit quum epithetum aut consignificatiuum pro proprio nomine accipitur. vt

> Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
> Ἀτρείδην προσέειπε. id est,
> *Aeacides Atridem rursus voce petulca Increpuit.*

Per haec enim nomina Achillem & Agamemnonem intelligit. Et rursus,

> Θάρσει Τριτογένεια, φίλον τέκος. id est,
> *Sis animo fidens Tritonia filia chara.* Et alibi,
> Φοῖβος ἀκερσεκόμης, (i. Phoebus intonsus.) Illic enim Mineruam, hic verò Apollinem denotat.

Est & ἀντίφρασις, dictio quae contrarium quàm per se fert, significat, vt in hoc,

> Οὐδ' ἄρα τώ γε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς. id est,
> *Hos vbi conspexit, non est laetatus Achilles.*

Contrarium enim dicere vult, nempe quod his conspectis indoluerit.

Est & ἔμφασις quę animi cogitatione vehemẽtiã dicto addit, vt

> Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' Ἐπειός: id est,
> *Ast in equum descendentes quem struxit Epeus.*

Dum enim inquit κατεβαίνομεν, equi magnitudinem declarat. (id est, Simile autem illud est, Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι, (id est, Totus enim gladius sanguine incaluit.) Per hoc enim maiorem emphasin ostendit, quòd ait ensem adeò sanguine tinctum fuisse vt incaluerit. Atque huiusmodi quidem tropi qui sic vocantur, ab Homero ficti sunt.

## DE SCHEMATIS, ET HOmerico eorum in vsu, ex eodem Plutarcho.

VIdeamus autem num & eas constructionis mutationes quae σχήματα (hoc est figurae) appellantur, ipse quoque Homerus primus inuenerit. Porrò schema est sermo à communi consuetudine recedens, ornatus seu vtilitatis gratia secundum quandam fictionem mutatus. Dicendi námque varietas orationem non solùm venustiorem, sed etiam stilum gratiorem

niorem efficit. Vtilis est, quod rerum qualitatem ad vim extollit, intenditque.

Inter schemata autem πλεονασμοὺ nonnunquam metri causa vtitur, vt in hoc,

> Χρυσοῦ δὲ τάλας Ὀδυσσῆι δέκα πάντα τάλαντα, id est,
> *Auri autem appendens Vlysses decem tota talenta.*

Vox enim πάντα, nihil ad sensum faciens, adiicitur. Est etiam quando ornatus causa fit, vt,

> Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. id est,
> *Certè omnino mortuus est Menætij strenuus filius.*

Vox namque μάλα Attica consuetudine abundat.

Nonnunquam verò pluribus vocibus significatum refert: quæ figura περίφρασις appellatur, vt quum dicit υἷας Ἀχαιῶν pro Ἀχαιούς, (filios Græcorum pro Græcos) & βίην Ἡρακληείην, pro Ἡρακλέα, (vim Herculeam, pro Herculem.)

Talia vero per mutationem figuratè dicit, dum consuetam structuram inuertit: & dictionem in medio interponit: quæ figura ὑπερβατὸν vocatur: vt in hoc,

> Αἱματόεις, ὡς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς.

pro eo, quod est, λέων ταῦρον κατεδηδώς. ac dictionem quidem sic transponit per ὑπερβατόν. Aliquando verò totam orationem, vt in hoc,

> Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, ἀμφὶ δὲ νῆες
> Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
> Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Ordo nanque orationis est, Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

Eiusdem speciei figura est quæ παρεμβολὴ vocatur, & fit quando extrinsecus quæ nihil ad institutum pertinentia interferuntur, quæ etsi quis eximat, tamen constructioni nihil decedit. vt est illud,

> Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον τὸ μὲν οὔ ποτε φύλλα καὶ ὄζους
> Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
> Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε, id est,
> *Iuro per hoc sceptrum: quod nec folia vlla nec vllos*
> *Ramos producet, postquam trunco illud ademptum.*
> *Nam librum illius ferrum circumundique rasit.*

& cætera quæcunque de sceptro dicit. Tandem quod principio quadrat, infert,

> Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν. id est,
> *Certè olim cupiet Peliden turba Pelasga.*

Est autem apud eum & παλιλλογία, hoc est repetitio alicuius partis orationis, aut plurium vocum quæ repetuntur: quæ figura etiam ἀναδίπλωσις appellatur, quale est,

> Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
> Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ, id est,
> *Hunc aduersus eo, quamuis sit flammea dextra,*
> *Flammea dextra licet, sit ignea denique ferri.*

Aliquando verò interferuntur alia quædam, & eadem rursus repetuntur: vt in hoc,

> Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
> Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.
> *Ille quidem Aethiopas adiit proculinde colentes,*
> *Aethiopas reliquis diuisos partibus orbis.*

Hæc autem figura non solum dicentis affectum declarat, sed etiam auditorem mouet.

Eiusdem generis est & ἐπαναφορά, quum ab initio plurium membrorum eadem particula repetitur. cuius exemplum apud poëtam hoc est,

> Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
> Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
> Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν. id est,
> *Nireus tres Syma naues adduxit & ipse.*
> *Nireus Aglaia Charopoque potente creatus,*
> *Nireus quo Troiam venit non pulchrior alter.*

Estque similiter & hæc figura affectui mouendo & suauiloquentiæ perquam familiaris.

Est & præterea apud eum & ἐπάνοδος, quæ fit quando duas res, & nomina proponens aliquis, sensu nondum finito, ad vtrumque nominum redit, ac sententiæ defectum complet: vt in illo

> Ἄρης τε βροτολοιγός, Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
> Ἡ μὲν ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος,
> Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα. id est,
> *Mars homicida dea & contentio litigiosa,*
> *Hæc etiam turbas ciet, ac hostilia multa:*
> *Mars autem manibus prægrandem concutit hastam.*

Officium autem schematis istius est, orationem variegatam & perspicuam reddere.

Ad hæc, schema apud illum est ὁμοιοτέλευτον, in quo membra in voces sono similes desinunt, easdem in fine syllabas habentia. vt est,

> Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. Et in illo,
> Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
> Ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
> Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
> Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quando verò in nomina quæ similiter declinantur, periodi seu membra desinunt, idque in eodem casu fit, ὁμοιόπτωτον propriè nuncupatur: quale est,

> Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
> Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Prædicta autem & his similia, multum gratiæ & voluptatis adducunt orationi. Cæterùm specimen industriæ suæ circa compositionem dedit, quòd sæpenumero duabus etiam figuris in iisdem versibus est vsus, nimirum τῇ ἐπαναφορᾷ, & τῷ ὁμοιοτελεύτῳ. vt in illo,

> Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω.
> Εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

Sub his illud schema continetur quod πάρισον appellatur, fitque ex duobus aut pluribus membris pares inter se voces habentibus. Huius verò Homerum primum autorem esse constat qui dixit,

> Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι,
> Μνωόμενοι μὲν ἀπορρῖψαι φιλότητα, δ' ἑλέσθαι.

Quod verò & hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obscurum est.

Diuidunt Græci mensem suum in tres decadas seu τρία δεχήμερα, vt Pollux nominari posse ait. Primam vocant μηνὸς ἱσταμένου siue ἀρχομένου: secundam, μεσοῦντος μηνὸς, vel ἐπὶ δέκα: tertiā, φθίνοντος μηνὸς siue παυομένου, aut λήγοντος: vel etiam ἐπ' εἰκάδι. Vtuntur igitur in diebus numerandis, nominibus ordinalibus, πρώτη, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη seu τετράς, πέμπτη, siue πεντάς, ἕκτη, siue ἑξάς, & sic deinceps: nisi quòd primus cuiusque mensis dies vocetur νουμηνία: (quoniam in ea erat nouilunium) decima quinta peculiariter ab Hesiodo μέση, quoniam medium

obtinet locum: vltima, ἔνη καὶ νέα, quæ & Δημητριὰς in honorem Demetrij dicta aliquandiu fuit. Hoc porrò est discriminis, quòd in ἱσταμένου & μεσοῦντος μηνὸς diebus numerandis recto ordine progrediuntur, in φθίνοντος autem decade vtuntur ordine retrogrado, quasi Latini in suis nonis, idibus & calendis, vt ex sequenti diagrammate patebit.

| Dies | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Νουμηνία | ἱσταμένου μηνὸς, siue ἀρχομένου μηνός. | Calendæ. | |
| 2 | δευτέρα | | IIII | Nonis. |
| 3 | τρίτη | | III | |
| 4 | τετάρτη | | Pridie | |
| 5 | πέμπτη | | Nonæ | |
| 6 | ἕκτη | | VIII. | Idus. |
| 7 | ἑβδόμη | | VII | |
| 8 | ὀγδόη | | VI | |
| 9 | ἐνάτη | | V | |
| 10 | δεκάτη | | IIII | |
| 11 | πρώτη | μεσοῦντος μηνὸς, vel ἐπὶ δέκα, seu δεκάτη. | III | |
| 12 | δευτέρα | | Pridie | |
| 13 | τρίτη | | Idus. | |
| 14 | τετάρτη | | XVIII | Kal. |
| 15 | πέμπτη | | XVII | |
| 16 | ἕκτη | | XVI | |
| 17 | ἑβδόμη | | XV | |
| 18 | ὀγδόη | | XIIII | |
| 19 | ἐνάτη | | XIII | |
| 20 | εἰκὰς, seu εἰκοστή | | XII | |
| 21 | δεκάτη | φθίνοντος, vel. πρώτη | XI | |
| 22 | ἐνάτη | δευτέρα | ἐπεὶ X | |
| 23 | ὀγδόη | τρίτη | εἰκά IX | |
| 24 | ἑβδόμη | τετάρτη | δι vel VIII | |
| 25 | ἕκτη | πέμπτη | Poll. VII | |
| 26 | πέμπτη | ἕκτη | seu VI | |
| 27 | τετάρτη | ἑβδόμη | μετ' εἰ. V | |
| 28 | τρίτη | ὀγδόη | κά IIII | |
| 29 | δευτέρα | ἐνάτη | δα III | |
| 30 | ἔνη καὶ νέα. | ἔνη καὶ νέα, seu τριακάς | Pridie | |

Ita numerandū esse, tum ex Polluce constat, tum ex scholiis in Aristophanem scriptis, tum etiam ex ipso Plut. in Solone.

Qui verò Latinis mensium nominibus apud Græcos vtuntur Latinorum quoque supputationem sequuntur. Dicunt enim πρὸ δ' νωνῶν Ἀπριλλίων, πρὸ η εἰδῶν Ἰουνίων, πρὸ καλανδῶν ιθ Σεπτεμβρίων. Id quod in manuscript. quoq; ephemeridib. visitur. Sic enim apud Latinos quoque legimus Plinius, qui dies XV. ante August. Kal. est. Item is dies sextus est ante Februarias Idus. Et Cic. in epist ad Atticum, vt Athenas a.d. XVII Kal. Quinct. Ita enim scribendum esse, a d. (id est, ante diem) non ad. doctissimi quinq; censent & Græca consuetudo confirmat. Quæ fuerit autem intercalandi ratio, vide apud Macrob. Saturn. lib. 1. c. 13.

## DE VETERI ET RECTA GRÆCÆ LINGVÆ PRONVNTIATIONE.

*Vacaturis alioqui hisce paginis tractatum de veteri & recta lingua Græca pronuntiatione à doctissimis huius ætatis viri collectum ac memoria proditum adiicere, nec ab opere alienū, nec studiosis ingratum aut inutile fore existimaui.*

GRAECORVM literæ XXIIII. Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ρ Σ Τ Υ Φ Χ Ψ Ω Quarū omnium vim Latinos sentire probéq; exprimere testatur Plin. natur. hist. l. 7. Grammatici autem à literis tanquam ex parte simplicissima exordiuntur. Orationem enim in qua versantur primū omniū in vocabula, eáque rursus in syllabas, nisi cùm monosyllaba sunt: syllabas demum in literas diuidūt, nisi cū & ipsæ ex vna vocali constituūtur. Quamobrem etiā literæ à Græcis στοιχεῖα, id est, elementa vocantur, vt docet Plato in Cratylo & Dionysius. Eædē verò etiā γράμματα appellātur à scribendo siue quòd ex lineis constent. Sunt enim inuentæ simplicissimis articulatæ vocis sonis certo linearū ductu exprimendis. Cæterùm diuini huius muneris quis primus inter mortales autor fuerit, non liquet: de qua re, si libet, videte Pliniū lib. 7. c. 56. Ex Phœnicia quidem constat a Cadmo in Græciā illatas. Sed, quod ipsi Græci ignorāruunt, Hebræis deberi earū inuentionē, ipsa nomina apertè declarant. Sexdecim autē initio fuisse, idem Plinius, Dionysius, & Plutarchus, verè scribunt. Quum enim inuentæ sint literæ simplicibus sonis significandis, necesse est profectò in omni lingua, vt quidē commodè scribi possit, totidem omnino literas extare, quod sunt eius soni simplices. Alioquin siue plures siue pauciores fuerint, & scriptioni & pronuntiationi magnas tenebras offundi necesse fuerit. Idque sollicitè Græcos obseruasse, vel hoc vnum satis ostendit, quod inter Elenchos Aristoteles nullam ex literis fallacem conclusionem numerat: quùm nihil possit frequentiùs occurrere. si vni literæ duplicem sonum, vel contrà vni sono duas literas tribueris. Simplices igitur Græcæ linguæ sonos sexdecim, totidémque necessarias literas esse, ex eo apparet, quod ex reliquis octo qui totidem literis scribuntur, alij sint compositi, alij suapte natura iidem cum compositis.

Sexdecim antiquæ Cadmi literæ ex Phœnicia in Græciam illatæ, & totidem sonis simplicibus exprimendis repertæ sunt hæ α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. Nam aliæ præterea octo illis additæ sunt partim à Palamede, partim à Simonide, videlicet η ω ζ ξ ψ θ φ χ: quod nulla quidem necessitate factum est, sed maximo tamen cum fructu, vt scriptio minus esset laboriosa, magisque compendiosa.

His ita se habentibus, hoc sit pro certo positum & constitutum, quod nemo negare sanè potest, hasce literas α δ ι θ ι λ μ ν ξ ο π ρ σ τ φ χ ψ sonuisse olim quemadmodum nunc sonant, & ab omnibus citra controuersiam ferè rectè pronuntiari. Itaque breuiores erimus in earum pronuntiatione pertractanda. Illud solùm obiter admonendum, corruptam hanc qua vulgò vtimur, pronuntiationem id nobis inuexisse, vt in earundem quibusdam nomenclaturis & appellationibus potiùs quàm sono turpiter peccetur, dum pro mu mi, pro tau taf dicitur: atque ita in nonnullis aliis. Porrò has β γ ζ η κ υ ω non solùm vulgus, sed & docti plerique, recepto & pertrito vsu vel abusu potius & peruersa consuetudine, ita absurdè proferunt, vt non solùm nomen amiserint, sed etiam veræ & genuinæ pronuntiationis nihil planè referant, atque adeò alium prorsus iam sonum induerint: quemadmodum ordine alphabetico suo loco infra declarabimus.

A α a.

ΑΛΦΑ. Alpha. ex Hebræo nomine Aleph, deinde alepha, & per syncopen alpha, nomen habet. Sono respondet A Latino, in d enim vertitur: debétque in imo gutture pronuntiari clarè, & ore prorsus hiante.

Ἀγρὸ, ager.

Ἀργὸς quasi ἀεργὸς, otiosus, iners.

B β b.

ΒΗΤΑ. Bêta, vulgo latius quàm b Latinum profertur, ita vt u consonantem referat: idque ineptè & contra vsum venerandæ antiquitatis. Nunc enim βίος pronuntiant vios: quo vitio perpetuo laborat in Hispania Burgensis diœcesis, enuncians vestia, vene. pro bestia, bene: quin eadem adhuc vitium geminat quum præposterè profert bita, bacca: pro vita, vacca: & vonum beuum pro bonum vinum.

Sonanda est vt prior syllaba Gallicæ dictionis beste seu bête, quæ belluam significat.

Ab Hebræo B eth nomen habet, addita formali litera α.

Eustathius in Homerum β (inquit) μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς & alio loco βῆ βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. Citatque hunc Cratini versum qui est apud Ælium Dionysium:

Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Quod ita proferendum est,

*Hod elithios hosper probaton bee bee legon badizei.* Hoc est, Is autem fatuus tanquam ouis bee bee, sonans badizat, id est incedit, vadit, iuxta illud Plauti in Asinaria: Demam hercle iam de hordeo tollutim, ni badizat.

Quid multis? ipsius literæ B figura quæ Græcis & Latinis eadem est, satis indicat eam apud vtrosque eandem habere vim, potestatem, & sonum.

Γ γ, g, & ϝ siue F digamma Æolicum.

ΓΑΜΜΑ, siue vt Iones appellant, Gema, de quo docti miserè laborant. Sonant vt G Latinum: & ab omnibus ferè rectè pronuntiatur ante plerasque consonantes, vt ἄγδοος, γλῶσσα, ἐγγράφω, ἄγχι: & ante vocales α ο ω, γάμος, γονεῖς, ἐγώ: sed ante reliquas vocales vulgò vitiosius & effœminatius profertur: tunc enim nouum huic literæ sonum quendam tribuunt, cum i consonante [vt quidem vulgò profertur] communem itaque pro γενεαλογία, legunt *Ienealogia*: quum vbique deberet masculum illum, & per omnia similem seruare sonum, medium, inquam, inter tenuem & aspiratum, quem perpetuò adhibent Germani. nec in coniugatione λέγω, λέγεις, λέγει, vel alibi, vllo modo variant, quascunque tandem contingat eam præcedente vel subsequi literas. Certum enim est i consonantis sonum à Græcis nunquam fuisse vsurpatum, sicut ἰῶτα dicemus. Deinde vni literæ duplicem sonum tribuere non potes, quin Græcos fateatis literarum inopia laborare, quod ne verisimile quidem esse potest. Eodem igitur sono tam Græcis quàm Latinis hæc litera pronuntiari debet, quæcunque tandem vocalis sequatur, eo scilicet quem integrum retinuit inter a & o.

Ab Hebræo nomine *Ghimel* longius Gamma recessit: vnde digamma Æolicum appellatur, quòd duplicis Gamma imaginem referre videatur. de quo plura in φ.

Δ δ d.

ΔΕΛΤΑ, Delta, à nomine Hebræo Daleth, siue Deleth.

Sonat vt nostrum d.

Ab eius figura astrum δελτωτὸν nuncupatum est, quod est signum in cœlo supra arietis caput positum, δελτωτὸν τι. hoc est triangulari figura, Δ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen

men habet, duobus æquis lateribus, vno breuiori, in vno quoque angulo stellam habens.

Ε ε, e breue.

ΕΨΙΛΟΝ id est, exile seu tenue, peculiare nomen non habet. Nam Hebræis nulla est litera quæ huic respondeat.

Vna est ex iis quatuor, quas Plato in Cratylo scribit à Græcis pronuntiari, quum reliquæ non enuntientur, sed tantum ipsarũ nomina, vt Alpha, Betha, & cæteræ omnes literæ præter ε, ο, & υ. Ex his autem Platonis verbis liquet, epitheton illud quo psilon vocatur, id est, tenue, postea adiectum esse, quum inter ε & αι distingui, & illud quidem inter literas, hoc verò inter diphthongos numerari cœpisset. Veteres enim initio hanc literam ει vocabãt, sicut ostendit Plutarchus in eo libello quem inscripsit περὶ τοῦ ει ἐν Δελφοῖς, & post eum etiam Eustathius Iliad. ε. Item Nigidius apud Gellium lib. 19. cap. 14. meritò quidem in eo Græcos reprehendens.

Pierius dicit ε graui esse sono, ac tum demum exaudiri, quum spiritus aliquando inferius contrahi videtur, & suppresso quodammodo sono enuntiari: ψιλὸν verò acutum habere sonum, quum ad aperta vsque labra porrigitur, & vocaliore sono se prodit.

Cauendum autem in primis ne η literam vel αι diphthongum pronuntiemus vt ε: neque incidamus in vitium orationis efficiendum, quod vocant Grammatici πολυσιγμόν vt inferius in η & αι ostendemus.

Ζ ζ z.

ΖΗΤΑ, zeta non zita: id autem opposuimus Tsade Hebræorũ, non zain. Neque enim pronuntiari debet sicut hodie à Gallis s litera effertur, quum est inter duas vocales media, neque etiam vt duplex ss, sed vt ds, qui sonus est suauissimus, & à Latinis nunquam satis rectè exprimi potuit.

Quintilianus lib. 12. iucundissimas esse testatur apud Græcos ζ & υ: quibus, inquit, nullæ apud eos dulcius spirant. & subdit, quas mutuari solemus quoties illorum nominibus vtimur. Quod quum contingit, nescio quomodo hilarior protinus renidet oratio, vt in zephyris zopyrisque, quæ si nostris literis scribantur, surdum quiddam & barbarum efficient, & velut in locum earum succedent tristes & horridæ, quibus Græcia caret: Hæc Quintilianus. Contrà Martianus Capella refert Appium Claudium idcirco hanc literam reformidasse, quòd, dum exprimitur, morientis dentes imitetur: hinc factum vt quidam non omnino malè eam cum stridore quodam pronuntiandam censeant. Cæterùm quòd omnes asserunt Græci Grammatici, nimirum non ds (vt diximus) sed sd valere, hoc mihi quidem probari non potest. Nam primùm omnium debet inter tres duplices eadem esse analogia. Cæteræ autem non valeant σκ vel σκ, sed κσ, vel πσ. Deinde vbi illa esset huius literæ suauitas, qua Fabius testatur nullam dulcius spirare?

Romani, qui peregrinam ζ inter suas adsciuerunt, eam aliquãdo duplici ss reddunt: πατρίζω patrisso, μάζα massa.

Η η, e, siue ē longum.

ΗΤΑ, Eeta ab Heth densissima Hebræorum consonante nomẽ traxit, fuitque olim nota aspirationis, vt declarat Athenæus lib. 9. his verbis. Οἶμαι δὲ διὰ τὸ στοιχεῖον τοῦτο ... τοὺς παλαιοὺς τῷ δασεῖ ... Ῥωμαῖοι ... πάντων τῶν ἀρχομένων ἀπὸ φωνήεντος ..., id est, veteres arbitror H elemento aspirationem formasse, quamobrem etiam Romani omnibus aspiratis nominibus η præscribunt.

Ideòque in notis numerorum antiquitùs apud Græcos H, ἑκατὸν, id est, centum designabat, quod prima esset eius vocis litera, quam tunc sic scribebant HEKATON. Quia verò Græci hanc aspirationem non suprà ponebant, sed ipsi lineæ inserebant, hinc ortus est magnus error. Quo factum est vt cœperint eam supra ponere, ac tandem illam diffecuerint, hoc pacto H, ita vt anterior pars significaret spiritum asperum, posterior lenem, quibus adhuc vtimur in literis grandiusculis. in antiquissimis Heracleensium numismatis, legitur ΗΗΡΑΚΛΕΩΝ & ΗΗΡΑΚΛΗΤΩΝ, præposito in ipso contextu spiritu aspero.

Eam autem notam postea pro ε longo Græcia vsurpauit, vt disertè testatur Plato in Cratylo his verbis, ... ἦτα ... ἀλλὰ ε τὸ παλαιὸν, id est, η enim non vsurpabamus olim, sed ε. Idipsum Ausonius poeta de literis Græcis & Latinis, hisce versibus, qui submutili videntur, confirmat:

*Η quod Aeolidum, quodque valet hoc Latiar E:*

*Præter quod E Latium semper breue Dorica vox E:*

H igitur nullo modo exiliter pronunciandũ vt ἰῶτα, qui cum nihil commune habet, sed e obliquo vastóque quodam sono, medio inter α & ε: strictò minus diducto quàm α, hiantiore tamen ac minus in ima depresso sono, quàm ε. Hinc fit vt Græci δημοσθένεα, τείχεα, in δημοσθένη, τείχη contraxerint: vt vbicunque ferè εα incidit, in η contrahunt.

Legatum Iurisconsulti Græci ληγᾶτον: quod quàm absurdè *ligaton* proferatur, quis non videt.

Caius Iuriscon. de verb. signific. Telum, inquit, vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significatur, quod mittitur manu: Ita sequitur vt & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur: dictúmque ab eo quòd in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ, id est, ab eo quod est longè: quam etiam etymologiam Iustinianus in suas institutiones retulit.

Franciscus Vergara nostri seculi doctissimus Grammaticus, de vi & prolatione literarum sic scribit, η perinde nunc profertur ac si esset ι longum, quum sit e longũ: ex H per virgulã transuersam intersecta duæ propemodum E E fiunt, sic H quas geminas cõtinere dicitur H tam figura quàm etiam tempore, nimirum semper longa, duas semper breues. Atque ita transfertur à Latinis per e longum, vt Δημοσθένης Demosthenes, κρατήρ, crater.

Ex quibus apparet, perperam eos facere qui η cum iota confundunt.

Θ, ϑ, th.

ΘΗΤΑ ab Hebræo nomine Theth, ideóque vocatur theta non vt nunc thita, quia in priore syllaba est η siue e longum, quemadmodum etiam ab omnibus veteribus vocantur *beta, zeta, eta, theta*. Persius satyr. 4.

*Et potis es nigrum vitio præfigere theta.*

Et Martial, lib 7.

*Nostri mortiferum quæsturæ Castrice signum,*

*Est operæpretium discere Theta nouum.*

Θ enim funesta illa in capitalibus iudiciis litera (quòd dictionem Θάνατος inchoet) nota erat condemnationis.

Ι, ι, i.

ΙΩΤΑ, Iota trissyllabum ab Hebræo Iod, t pro d vsurpato, respondet i Latino.

Cæcilius hanc literam vocat pumilionem, quod omnium & figura & sono tenuissima sit & minima: est siquidem μονόγραμμος. Plato indicat accommodam esse ad exprimendas res subtiles & penetrabiles, quod declarant, vt ait, ἰέναι, ἵεσθαι, ac similia. Itaque planè aliter sunt proferenda η, ει, οι, υι, quàm ι: ne inter legendum incidamus in ἰωτακισμὸν & πολυιωτισμόν, quæ orationem faciunt exilem, eneruem, pipientem & confusam. Neque enim Χεῖρος sonandum vt Χρηστὸς: neque κύων vt κύων, μικρὸν longum vt μικρὸν paruum.

Κ, κ, K, c, q.

ΚΑΠΠΑ, Kappa siue Cappa ab Hebræo Cap seu Caph, valet c nostrum, item k seu q. Ab omnibus ferè incorruptè & rectè pronuntiatur, scilicet vt k non solùm ante consonantes, vt κλέπτω, ἀκμὴ, κνίσσα, κράτις, κραιπάλη crapula, χειρακτήρ: sed etiam ante vocales α ο ω, καλὸς, κόμη coma, κώμη vicus, pagus, & in fine dictionis ὀκ ex.

Priscianus author est, k & q, quamuis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c tamen eandem tam in sono vocum, quàm in metro continere potestatem, & k penitus in Latina lingua superuacuum esse, quod ante Priscianum testati sunt etiam Fabius Terentianus, & Fl. Sosipater Carisius. Vnde & in antiquissimis marmoribus legimus *PEQVNIAM* pro *pecuniam*.

Certum est igitur κ eodem fuisse sono quæcunque litera sequente, & Κικέρων pronuntiandum esse *kikeron*.

Veteres quoq; Græci quod Latini per q efferunt, per κ reddũt: Quirites Κυίριτες.

Quintus Κοΐντος, alij κυΐντος numismata quædam ΚΟΙΝΤΟΣ.

Λ, λ, l.

ΛΑΜΒΔΑ, Lambda, non lamsda, ex Hebræo nomine Lamed, & syncope interposito β, λάμβδα. Valet l. nostrum.

Græci aliquandò n sequente l, per λ transtulerunt: Manlius Μάλλιος scribentes. Inuenitur tamẽ & Μάλιος, apud Plutarchũ.

Ab huius literæ forma λαμβδοειδὴς figura dicta est.

Μ, μ, m.

ΜΥ, my, hoc est mu per u exile Gallicum, non mi, longius recessit ab Hebræo nomine Mem: Iones vocant μῶ, idem valet quod Latinum m. Μάμμη auia: hoc etiam infantuli matrem vel nutricem appellant, sicut patrem Tatam. Mart. lib. 1.

*Mammas atque Tatas habet Afra, sed ipsa Tatarum*

*Dici & mammarum maxima mamma potest.*

Cato, qui cibum ac potionem Buas & Papas vocant, & patrem Tatam, & matrem Mammam.

Græcis nulla dictio in eam terminatur, quod & ait Fabius, à quo etiam *mugiens* vocatur, quia mugitum edere videtur.

Ν, ν, n.

ΝΥ, Ny, hoc est Nu per u exile, ab Hebræo Nun, abiecto vltimo n. Sonat n Latinum, debétque linguæ mucrone intimos dentes & palatum feriente enuntiari, siue syllabam inchoet siue claudat, apud Græcos præsertim.

Ξ, ξ, x.

Ξ I, xi ab Hebræo Schin ductum videtur: Latini nomen inuertimus, ix dicentes. Valet cs vel gs, quod et obliquorum analogia apparet. Dicimus enim φοῖνιξ φοίνικος, & ἄντυξ ἄντυγος. Interdum tamen κ in obliquis aspiratur, sed præter recti naturam. Nam inter κ & σ locus adspirationi nullus esse potest. Itaque quamuis dicamus θρὶξ τριχὸς, minimè tamen existimandum est ξ in θρὶξ valere χσ.

 Quod

Στείλαντο, Aor.1.med.verbi στέλλω, augmento carens pro ἐστείλαντο, more Ionico.

Στείομεν, Ionicè pro στῶμεν, resoluta primùm vocali circumflexa ῶ in έω, deinde facta systole τ̃ ω, & inserto metri gratia ι, vt στείομεν, paulò suprà pro στῶμεν. Aor.2.act.subiunct.modi, ab eodem them.

Στέωμεν, itidem pro στῶμεν, Ionica vocalis circumflexæ ῶ resolutione in έω, & systole τ̃ ω.

Στερέσαι, poeticè metri causa pro στερῆσαι. Aor.1.act. infin. modi, à them. στερέω subseruiente verbo στερίσκω.

Στερηθῆμεν, apud Hesy. legitur, expositum στερηθῆναι. Videtur igitur habere syncopen simulque systolen pro στερηθῆμεν, quod Ionicū seu Doricum est pro στερηθῆναι, vt βῆμεν pro βῆναι.

Στέρξαι, Aor.1.act.infin.modi à them. στέργω ex quo & partic.aor.1. pass. στερχθείς, facit enim præt.perf.pass.indic. ἔστεργμαι, & Aor.1. ἐστέρχθην.

Στεῦται, Eust.per syncopen factum ait ex στεύεται: quod est præs.pass. verbi actiui στεύω facti ex στέω pleonasmo τ̃ υ. Itidémque in imperf. στεῦτο, pro ἐστεύετο, sublato simul augmento. Exponitur verò hoc στεῦτο aliàs διϊσχυρίζετο, aliàs ὑπισχνεῖτο, aliàs ἵστατο, quæ primaria eius est significatio, vtpote originem trahentis ex στῶ.

Στίψας partic.act. Aor.1.them. στίφω faciente fut.1. στίψω.

Στέωμεν, Ionica vocalis circumflexæ resolutione pro στῶμεν. aor.2. act.subiunct.modi à them ἵστημι.

Στῇη pro σταίη α verso in η & ι subscripto, vt φθήη pro φθαίη, teste Eust. Alij tamen pleonasmo τ̃ η pro στῇ dictum volunt. Illum sequendo, est opt.modi: hos autem, erit coniunct. vtrobique autem Aor.2.act.à them.eodem.

Στῆναι, infin. eiusdem Aorist. 2 ἔστην, ex eodem them.

Στῆσαι Aor 1.act infin.modi, ab eodem themate, faciente fut.1.act. στήσω, ex inus. verbo στάω.

Στήτην, Ionicè & poeticè dempto augmento pro ἐστήτην. tertia pers. dual. Aor. 2. act.indic.ab eodem them.

Στήω, στήῃς, στήῃ, factum aiunt ex στέω. στέῃς, στέῃ: quod Ionicā habere diphthongi dissolutionem suprà dixi: factum (inquam) ex eo aiunt ectasi τ̃ ε, vel etiam ex στείω, στείῃ: στείῃ verso ε in η & ι subscripto, quam formationem sequendo, vbiq; isti η subscribendum fuerit, στήῳ, στήῃς, στήῃ.

Στίχε Aor 2.act imper.modi, à them. στείχω faciente fut.1. στιχῶ.

Στιχθείς partic.aor 1.pass. ἐστίχθην, ex act.them. στίζω.

Στορέσαι, Aor.1.act.infin.modi, a them. στορέννυμι faciente fut.1, στορέσω, ex them. στορέω. In eodem Aor.1.actiu.indicat.modi poetæ στόρεσαν dicunt Ionicè detracto augmento pro ἐστόρεσαν: itidémque voce media στορέσαντο pro ἐστορέσαντο.

Στρατόωντο, Ionicè pro ἐστρατῶντο, dempto primùm augmento, deinde vocali circumflexa resoluta, seu ο pleonasticè inserto, præter.imperf.verbi, Στρατάομαι.

Στραφῆναι, aor.2.pass.infin.modi, à them.act. Στρέφω, faciente fut. 2.act. στραφῶ, Aor.2 ἔστραφον.

Στρεφθείς, partic.aor.1.pass ἐστρέφθην ex eodem them.

Στύξαιμι, Aor.1.act.optatiu.modi, à them. στυγέω, mutuante ipsum à στύγω, quanquam nonnulli sunt qui fut.1 στύξω, per cōtractionem factum velint ex στυγήσω, exempto η, & γ ac σ abeuntibus in ξ.

Σύθεν, Bœotica syncope, & Ionica simul augmenti detractione pro ἐσύθησαν. Aor.1.pas.indic. mod. à them. σεύω vel σύω. vnde partic. συθείς.

Σύθι, quod Hesych. affert pro ἐλθέ, metaplasmum habere videtur pro σύε, vt κλῦθι pro κλύε, πῖθι pro πῖε, & similia alia. vt sit præs. imper. ab eodem σύω. [σύμβημι.

Συμβάμεν, Doricè pro συμβῆναι, Aor.2.act.infin.modi à them.

Συμπηχθείς, partic.aor.1.pass. συνεπήχθην, à them. συμπήγνυμι, faciente fut.1. συμπήξω ex inus. verbo συμπήγω.

Συναγρόμενοι particip. à poetico verbo συνάγρομαι quod metri causa factum est ex συναγείρομαι.

Συνάρασθαι, Aor. 1.med infin.modi à them. act. συναίρω.

Συναρήραχε, præt. perf. pass. indic. modi. ab act. them. συναράσσω, habet autem præter augmentum Atticam reduplicationem duarum initialium præsentis literarum, vt ἀρήρακε ab ἀράσσω.

Συνέηκα, Ionica vocalis circumflexæ dissolutione pro συνῆκα. Ao. 1.act. verbi συνίημι ex συνέω, habens characteristicam futuri mutatam contra regulam in characteristicam præt.perf. vt ἔθηκα, ἔδωκα, ἐνήνοχα, & similes alij Aoristi.

Συνεθέμεθα & συνέθετο, sunt Aoristi.2.med.indic.modi ab act.the. συντίθημι.

Συνειλεγμένα, partic. præt.perf.pass. Atticum pro συλλελεγμένα, à them act. συλλέγω. Itidémq. partic.præt.perf.act. ab eodem them. est συνειλεχώς pro συλλελεχώς. Atticè augmento λε verso in ει.

Συνειληχας, itidem pro συλλέληχας. præt.perf.pass.act. verbi συλλαγχάνω ex συλλήχω. Similiter συνειλόχασι Atticè, pro συλλελόχασι dicitur, quod est præt.perf.act.verbi συλλέγω, habens Atticè rursum ε mutatum in ο.

Συνεισέφρησε Attica syncope pro συνεισεφόρησε. aor.1.act. verbi συνεισφορέω. [plur. σύνετε.

Σύνες, Aorist. 2. act. imper.modi, à them. συνίημι. vnde secundæ

Συνετιῶ, Atticum fut.1. verbi συνετίζω pro συνετίσω.

Συνίετο, Aor.2.med.indic.modi, ab eodem them.

Συνῆκα, Aor.1.act.verbi συνίημι, vt paulò antè dixi in συνέηκα.

Συνθέο, Ionicè exempto ε pro συνθέσο, ex quo postea cōtractione Attica fit σύνθου est aor.2.med.imper.modi à thē. συντίθημι.

Συνιέμεν, Doricè vel Ionicè pro συνιέναι: quod est præs.infin.act. vel à them. συνίημι vel à σύνειμι significante συμπορεύομαι.

Συνίεν, pro συνίεσαν est præt. imperf.act.verbi συνίημι, mutuatitium à them. συνιέω.

Συνναίεσκε, Ionicè pro συνναίε, detracto primùm augmento, deinde annexo σκε præt.imperf.act. verbi συνναίω.

Συννενέαται, Ionicè pro συννένηνται. præt.perfect.pass. ex act.verbo συννέω.

Συνοχωκότες, partic. præt. perf.act. συνέχωκα. Ionico more carentis augmento, & præter augmentum habentis amissum etiam ι, prætereáque pass. τροπὴν τ̃ η εἰς ω, pro συνεώχηκα. à them. συνοχέω. Apud Homer. Iliad β. de humeris Thersitæ, Κυρτὼ, ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. Hesych. habet συνοκωχότε, exponens συμπεπτωκότες: quoniam (inquit) συνοκωχὴ dicitur ἡ σύμπτωσις. Etymol. & Eustath. ex συνοχὴ faciunt verbum συνοχέω, ex quo particip illud deriuant. A quibus dissentire videtur Hesychius ex συνοίχω deriuatum innuens. nam ex οἴχω innuit fieri præter.med. ᾦχα, & Atticè reduplicatis initialibus literis præsentis ὄχωκα, & addita præpol. συνόχωκα.

Συρίσδω, Doricè pro συρίζω. Iidem συρίσδεν & συρίσδες pro συρίζειν & συρίζεις dicunt, exempto ι ex vocali.

Συστῶ, Aorist.2.act.subiunct.modi à them συνίστημι. Ex quo & partic Aorist.1. pass. συσταθείς, facit enim præt.pass. συνέσταμαι, ex quo Aor.1. συνεστάθην.

Συσχεθῇ, Aor.1.pass.subiunct.modi à them. συνέχω. faciente fut. 1. συσχήσω, præt.perf.pass συνέσχημαι. Aor.1. συνεσχέθην. facta systole vocalis longæ, vt in εὑρέθην. vnde particip. συσχεθείς.

Σύτο, præter. plusquamperf.pass verbi σύω seu σεύω, augmento carens pro ἐσσύτο, vt χύτο, pro κέχυτο.

Σφαγείς, particip. Aor.2. pass. ἐσφάγην, ab act.them. σφάττω faciente fut.2. σφαγῶ.

Σφαλῆναι Aor.2.pass.infin.modi, à them. σφάλλω, faciente fut. 2. σφαλῶ. Ex eodem est aor.2. pass.opt.modi σφαλεῖεν, Atticam habens syncopen pro σφαλείησαν.

Σφαραγεῦντο. Ionicè seu Doricè apud Hom. pro ἐσφαραγοῦντο, sublato etiam augmento, præter.imperf. verbi σφαραγέομαι.

Σφῆλαι. aor.1.act.infin.modi, à them. σφάλλω, vnde & particip. σφήλας. (σχάσω.

Σχασθείην, aor.1.pass.opt modi à them. act σχάζω, faciēte fut.1.

Σχέθε, seu σχέθεν, præter.imperf. act. verbi σχέθω, augmento carens pro ἔσχεθε.

Σχεθείς, partic. aor.1.pas. ab act.them. ἔχω, faciente fut.1. σχήσω, (ex them. σχέω) & præt. pass. ἔσχημαι, aor.1.pas. ἐσχέθην, facta systole vocalis longę vt in εὑρέθην. vnde & aor. infin σχεθῆναι.

Σχέμεν Ionicè seu Doricè pro σχεῖν. Aor.2.act.infin.modi, ab eodem them.

Σχέο, Ionica diphthongi dissolutione pro σχοῦ, Aor.2.med.imper. modi, ab eodem them.

Σχές, pleonasmo τ̃ σ, pro σχέ. Aor.2.act.imper.modi ab eodem. Similiter στῆς dicitur pro στῆ, & ἐνίσπες pro ἐνίσπε, sequendo formam Aor.2.imper.verborum in μι, nimirum θές, ἵς.

Σχήσεσθαι fut.1.med. infinit. modi, ab eodem verbo ἔχω, faciente fut.1.act. σχήσω ex inus.them. σχέω.

Σχισθῆναι, Aor.1.pass.infin.modi, à them.act. σχίζω faciente præt. perf.pass. ἔσχισμαι.

Σχοίατο, Ionicè pro σχοῖντο. Aor.2.med.opt.modi à verbo ἔχω, faciente fut.1. σχῶ ex inusit.them. σχέω. Idem in Aorist.2.act. facit σχοίην, Atticè pro σχοῖμι, vt ποιοίην pro ποιοῖμι. ex quo postea med. ille σχοίμην.

Σχόμενος, particip. Aor.2.med. ἐσχόμην, ex eodem them.

Σχοῦ. Aor. 2.med.imp.modi, ab eodem.

Σχών, particip. Aor.2.act.ab eodem.

Σώεσκε, Ionicè pro ἔσωε, abiecto primùm augmento, deinde annexa Ionica illa syllaba σκε, præt.imperf.act. verbi σώω: quanquam nonnulli à σώσκω deriuare malunt. Ex eodem σώω est præt. imperf.pass. Σώετο, itidem augmento carens pro ἐσώετο, aliis tamen id pro Σώζετο vsurpatum dicentibus per syncopen. Sed notandum est esse thema Σώω, alterius etiam significationis à quo est præt.imperf.pass. Σώοντο, quod Hesych. expon. ὁρμῶντο, ἤρχοντο.

Σωθείς, partic. Aor.1.pass. ἐσώθην, facti ex tertia pers. præter. perf. pass. σέσωσται, dempto σ, à them.act. Σώζω.

## T

TAγείς, partic. Aor.2.act.pass. ἐτάγην, ex act.them. τάσσω τάττω, faciente fut.2.act. ταγῶ.

Ταθείς, part aor.1.pas. ἐτάθην ex act.them. τείνω faciente præter. perf.act. τέτακα, tanquam ex τάω. Inde & infin. ταθῆναι.

Τακείς, partic.aor.2.pass. ἐτάκην, ex act.them. τήκω faciente fut.2. ac. τακῶ, vnde aor.2. ἔτακον, & pass. voce ἐτάκην: ex quo fut.2. τακήσομαι.

Ταμε, aorist.2.act.indic.modi, augmento carens more Ionico & poetico

poetico pro τέμνω facit enim τέμνω fut.2. τεμῶ, vnde aorist. ille 2. ἔταμον ex quo participium ταμών. aor.2. pass. est ἐτάμην, vnde in subiunct. est ταμῶ.

Ταμεῖ, Ionica diphthongi circunflexæ dissolutione pro ταμεῖ. itidémque ταμέειν pro ταμεῖν, in fut.2.act. eiusdem verbi τέμνω.

Τάρπημεν, Ionica poetica augmenti detractione pro ἐτάρπημεν: itidémque τάρπησαν pro ἐτάρπησαν. Aorist.2. pass. indic. modi, à themate act. τέρπω faciente fut.2.act. ταρπῶ mutato ε in α, vt in præcedenti ταμῶ. Legitur cum genitiuo apud Homerum. τάρπημεν ἐδητύος, ἠδὲ ποτῆτος, pro, ad scientiam vsque nos oblectauimus & exhilarauimus cibo potúque: vel etiam simpliciter, nos satiauimus. nam & infin. pass. huius Aorist. exponunt κορεσθῆναι simpliciter. inepti autem sunt qui in his à τρέφω deformandis sese torquent.

Ταρφθήμεναι, Doricè pro ταρφθῆναι. Aor.1. pass. infinit. modi, ab eodem them. habens præterea mutatum ε in α.

Ταφείς, particip. Aor.2. pass. ἐτάφην, ex act. them. θάπτω, faciēte fut. 2. ταφῶ, propter sequentem aspiratam priore conuersa in tenuem, vt in aliis quoque fieri notum est. itidem partic. Aor.2. act. est ταφών. Suntq; qui Ionicā esse putent harum cognatarū literarum enallagen.i j siquidem dicūt ἐνθαῦτα κιθών. κύθρα, βάθραχος, pro ἐνταῦθα, χιτών χύτρα βάτραχος. Notandum porrò est. hoc ταφών, duplicem habere significationem, nonnūquam enim declarat idem quod θάψας, qui sepeliuit: nonnunquā idem quod θαμβήσας & ἔκπληκτον παθών. in qua significatione sunt qui hoc participium inde à θάπτω deriuent, significare θαμβέω, nonnulli à θήπω. Vide & τέθηπα infrà.

Τεθαλυῖα, partic. fœmin. gener. ex τέθαλα præterito medio verbi θάλλω.

Τεθεῖεν, Attica syncope pro τεθείησαν. Aor.1. pass. optat. modi, ex Aor.2. indic. ἐτέθην, vnde & partic. τεθείς.

Τέθεικα, præt. act. indic. verbi τίθημι, Bœoticè pro τέθηκα. nam id regulare est ex fut.1.act. θήσω. itidémque in præt. perf. pass. τέθειμαι dicitur pro τέθημαι, vt εἷκα & εἷμαι pro ἧκα & ἧμαι à them. ἵημι faciente fut.1.act. ἥσω.

Τεθέληκα, dicit Alexandrinorum dialecto tradunt, pro ἠθεληκέναι in infinitiuo præteriti perf.act. à them. θέλω. Sed improbatur eius vsus.

Τέθηλα, metri gratia verso α in η dicitur pro τέθαλα, in præterito medio verbi θάλλω. Frequens apud Homerum, vna cum particip. τεθηλώς.

Τεθηλέαται apud Hesych. legimus expositum ἀνηφόμενοι. quod est præt. perf. med. habens terminationem passiui. vt ἐγρηγόρθαι quoque apud poetas reperimus pro ἐγρηγορέναι.

Τεθηπέναι, infinitiuus præt. perf. med. τέθηπα, ex quo & particip. τεθηπώς, secundum quosdam à verbo θήπω, secundum alios ex θάπτω, inter quos est Eustath.

Τεθήλατο, Ionico pleonasmo pro ἐθήλατο. Aor. 1. med. verbi θάομαι, ex quo supra Doricus infinit. θάσασθαι, significat autem ἐθηλάσατο.

Τέθνα, quidam κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπήν factum aiunt ex τέθνηκα. simplicius tamen possumus dicere esse præt. perf. med. verbi innsitati θνάω, vt ἔσαα est ex σαω.

Τέθναθι, præf. imper. act. à them. τέθνημι, vt ἵσαθι ab ἵσημι. Apud Eust. τέθνατι scribitur, tenui posita loco aspiratæ ob immediatè præcedentem aspiratam.

Τεθναίην, Aor.2 act. opt. modi, anadiplasiasmum Ionicum habens pro θναίην ex verbo τέθνημι. facto ex θνάω ex quo τέθναμεν est prima plur. τεθναμεν, infin. τεθνάναι, & particip. τεθνεώς.

Τεθναῖμεν, τεθναῖτε, τεθναῖεν, Attica syncope τεθναίημεν, τεθναίητε, τεθναίησαν numerus pluralis præcedentis τεθναίην.

Τεθνάκαμες, Doricè apud Theocritū per τεθνήκαμεν. de quo mox.

Τεθνάμεν, Doricè pro τεθνάναι, infin. perf. act. ab eodē τέθνημι.

Τεθνᾶσι, per synæresin τεθνάασι, vt βεβᾶσι ex βεβάασι. De τέθνηκα autem (cuius tertia person. plur. est hoc τεθνάασι) dixi paulò ante.

Τέθναθι, præs. imper. pass ex τέθναμαι, vt ἵσασο ἵσαμαι.

Τεθνεώς, partic. præt. act. τέθνεκα, quod syncopen passum esse factúmque ex τεθνεηκὼς aiunt. hoc autem τέθνεικα Bœoticum esse volunt pro τέθνηκα. vt τέθεικα paulò suprà pro τέθηκα. à them. θνήσκω faciente fut.1. θνήσω ex θνάω. Quod porrò ad obliquos attinet huius participij, sciendum est eos apud Homerum efferri modò per ο, quem metri lex postulat, modò per ω, vt quum dicit: Ἐλπήνορα τεθνειῶτα. idem in τεθνηώς accidit.

Τεθνειώς quoque legitur apud Suidam. partic. ex præt. τέθνεα habente τροπήν, vt ἑσαώς ex ἔσαα. Nisi pleonasmum τοῦ ι habere dicamus pro τεθνεώς.

Τέθνηκα, præt. act. verbi θνήσκω ex θνάω.

Τεθνήξω, apud Aristoph. legitur in Acharnen. Est autem futur. 1. act. verbi τέθνηκα, facti more Siculo seu Syracusano ex præt. τέθνηκα, vt πεφύκω ex πέφυκα.

Τεθνήσω, fut.1. act. verbi θνήσκω ex θνάω habens Ionicam reduplicationem pro θνήσω. Nisi ex τέθνεα deriuare malis. Legitur apud Suid.

Τεθνηώς, particip. perf. verbi τέθνηκα. syncopen habens pro τεθνηκώς. Ac quod de obliquis participij τεθνεώς dictum est, hoc huius quoque obliquis accidere sciendum est, eos nimirum pro metri necessitate modò per ω proferri ab Homero, modò per ο, vt Od. ο. Οὐκ ἔτι μίμνει τεθνηότος, ἠδὲ μεταλλᾷ.

Τεθνεώς, quoque per syncopen dicitur pro τεθνεκώς: ex τέθνεα, vt in ἑσώς quoque ex ἔσαα absorbetur α. De τέθνεα autem suprà dictum est.

Τεθορεῖν, anadiplasiasmo Ionico pro θορεῖν, vt λελαβέσθαι pro λαβέσθαι. Aorist.2. act. infin. modi à θόρω.

Τετράφθαι, Doricè pro τετρῆσθαι, præt. perf pass. infin. modi, ab them. τίτρημι faciente fut.1. τρήσω ex inus. τράω. Apud Varin. obscœnam habet significationem pro ὠχεῦσθαι, vt Terebrare quoque apud Latinos.

Τεκμήρατο, Aor.1. med verbi τεκμαίρομαι, augmento carens ἐτεκμήρατο.

Τεκών. partic. Aorist.2. act. à them. τίκτω mutuante fut.2. τεκῶ ab inus. them. τέκω vnde Aorist.2. ἔτεκον.

Τελεῖτο, Ionicè pro ἐτελεῖτο: præter. imperf. pass. ἀναιζητῶ, à them. poetico τελείω pro τελέω.

Τέλεσαν, itidem sine augmento pro ἐτέλεσαν: Aorist.1. act. indic. à them. τελέω faciente fut.1. τελέσω retento ε.

Τελευτῶσι, Doricè pro τελεύσι, à τελέω.

Τεμῶ, fut.1. act. verbi τέμνω: vnde infin. τεμεῖν. Quanquam & futū 2. hæc esse possunt. nam reperitur etiam Aor.2. τεμών. Mediæ vocis fut.1. vel 2. est τεμοῦμαι.

Τέξω, fut.1. act. verbi τίκτω mutuatitium ab inus. τέκω vnde & fut. τεκῶ. In voce med. fut. facit τέξομαι, at in pass. τεχθήσομαι.

Τέρπεο. Ionica dissolutione diphthongi pro τέρπου, præs. imper. pass. ab act. them. τέρπω. Dores pro eodē τέρπεο dicunt τέρπευ.

Τέρπετο. Ionicè sine augmento pro ἐτέρπετο. præter. imperf. pass. verbi actiui τέρπω. Alioqui τέρσω, est & Æolicum fut.1. act. verbi τείρω, vt κέρσω à κείρω est. (τερσαίνω.

Τέρσηνε, itidem sine augmento pro ἐτέρσηνε, aorist. 1. act. indic. à

Τεταγών, Ionico anadiplasiasmo pro ταγών, vt λελαβών pro λαβών. partic. Aor.2. act. à them. τάζω deriuato ex τῷ significante λαμβάνω. vt annotat Eust.

Τέτακα, præt. perf. act. indicatiuum verbi τείνω, tanquam ex τάω. Vnde præt. pass. τέταμαι, ex quo Aorist.1. ἐτάθην.

Τετάραγμαι, præt. perf. pass indic. verbi act. ταράσσω.

Τεταρπόμενος, Ionico & poetico anadiplasiasmo pro ταρπόμενος, partic. aor.2. med. à them. act. τέρπω faciente fut.2. act. ταρπῶ. Hom. Il. ε. τεταρπόμενος φίλον ἦτορ Οἴνου καὶ σίτοιο, quum ad satietatem vsque amicum pectus oblectasset exhilarasséntque vino & cibo. (μένοι

Τετάχαται, Ionicè pro τεταγμένοι εἰσί, præt. perf. pass. verbi act. (τάσσω.

Τετεύχαται itidem pro τετευγμένοι εἰσί tertia pers. plur. præteriti perf. pass. τέτευγμαι, facta ex tertia singul. τέτευκται, interiecto α ante ται, & præcedente tenui versa in aspiratam. Sic in plusquāperf. ἐτετεύχατο pro ἐτετευγμένοι ἦσαν. Ab act. them. τεύχω.

Τετεύχησθαι, poeticè pro ὡπλίσθαι & armis instructum esse, quasi verbi τευχέω facto ἀπὸ τοῦ τεύχη.

Τέτηκα, præt. perf. med. verbi τήκω, vt suprà σέσηπα à σήπω, retenta vocali longa in fut.2. Aorist.2.

Τετίημαι, apud poetas pro τετίμαι seu τετιμώρημαι, præt. perfect. pass. tanquam à τιέω, facto ex τίω significante, punio, vlciscor. Ab eodem verbo est partic. τετιηώς poeticam habens syncopen pro τετιηκώς vt κεκορηώς pro κεκορηκώς, & similia. vnde in plur. τετιηότες apud Hom.

Τετιμένος, quidam per syncopen pro τετιμημένος vsurpatum aiunt, quod est partic. præteriti perfect. pass. à them. τιμάω. Sed quid vetat dicere esse partic. præterit. perf. pass. τέτιμαι, ex act. them. τίω: nec enim è longinquo petenda sunt quę habemus in propinquo.

Τέτλαθι, per apocopen pro τέτλαθι, præs. imper. act. à verbo τέτλημι, vt τέθναθι à τέθνημι Sunt tamen qui hæc Aor.2. esse dicāt, habere éque anadiplasiasmum Ionicum pro τλῆ & τλαθι.

Τετλαίην, præsens opt. ab eodem τέτλημι, vt τεθναίην à τέθνημι.

Τέτλαμεν, per syncopen pro τετλάκαμεν, vt τέθναμεν pro τεθνάκαμεν. Prima pers. plur. præt. perf. τέτλακα. quod per syncopen itidem & τροπὴν τοῦ η factum ex τέτληκα dicunt, ego autem habeo pro præterito medio. At τετλάμεναι est infin. Doricus pro τετλάναι, vt in eo ipso videbis.

Τετλάναι, præsens inf. act. ab eodem, vt τεθνάναι à τέθναμι est. Atque vt Doricè & Æolicè τεθνάμεν & τεθνάμεναι dicitur pro τεθνάναι, ita pro hoc τετλάναι itidem τετλάμεν & τετλάμεναι reperiri sciendum est.

Τετληώς, Ionica syncope pro τετληκώς, vt suprà τεθνηώς pro τεθνηκώς, partic. præt. perf. act. τέτληκα, ex τλῆμι seu τλάω, faciente fut.1. act. τλήσω.

Τέτμηκα, præt. perf. act. verbi τέμνω ex inus. them. τμάω. vt κάμνω facit κέκμηκα ex κμάω. Quidam tamen syncopen habere volunt pro τετέμηκα, quod τετέμηκα factum esset ex futuro τεμῶ, abeunte in præsens, vt ἐνενέμηκα ex νεμῶ κεχάρηκα ex χαρῶ & huiusmodi alia. Inde pass. præt. τέτμημαι, ex quo particip. τετμημένος.

Τέτοκα, præt. perf. med. verbi τίκτω, ex τέκω habente τροπὴν τοῦ ε εἰς ο, vt λέλογα, & similia.

Τέτμα, præt.perf.med.verbi τέμνω, habens eandem τροπήν.

Τέτορα, itidem præt.med.verbi vel τείρω vel τορέω. Item τέτορα apud Hesiod poeticum nomen numerale est pro τέσσαρα.

Τέτραμμαι, præt.perf.pass.indic. modi à them.act. τρέπω, habens τροπὴν τοῦ ε εἰς α, vt ἔστραμμαι & similia alia. Vnde infin. τετράφθαι, & particip. τετραμμένος.

Τετράφαται, Ionicè pro τετραμμένοι εἰσί, vt supra τετεύχαται & τετεύχαται præt.perf.pass.indic. ab eodem verbo τρέπω.

Τετράψομαι, fut. paulò pòst eiusdem them. ex τέτραψαι secunda perf. præteriti pass.

Τέτρηχεν pro τετραχέναι seu ἐτετρήχειν vsurpant poetæ, facta syncope alterius α, & alterius τροπῇ εἰς η, præter. plusquamperf. med. verbi ταράττω, Hom. Τετρήχει δ' ἀγορή, i. ἐτετάρακτο. Etym.

Τέτρηνε, aor.1.act.indic. augmento caren. pro ἐτέτρηνε: à them. τετραίνω, vnde & partic. τετρήνας apud Lycophr.

Τετρήχει, præterit. plusquamperfect. med. verbi poetici τρήχω significantis τραχύνομαι, vnde particip. τετρηχώς, & fœmin. τετρηχυῖα. Varin.

Τετρίγειν, præt. plusquamperf.med.verbi τρίζω. Vnde particip. τετριγώς, cum suo fœm. τετριγυῖα.

Τέτροφα, Atticum præt.perf.act.verbi τρέφω, vt κέκλοφα à κλέπτω est, & πέπομφα à πέμπω, mutato ε in ο.

Τέτρυμαι, præt.perf.pass.verbi act. τρύω.

Τέτρωμαι, præt.perf. pass. verbi act. τιτρώσκω, mutuo sumptum ab inus. τρόω. Vnde partic. τετρωμένος.

Τέτυγμαι pro τέτευγμαι dicitur ἀποβολῇ τοῦ ε, vt πέπυσμαι pro πέπευσμαι, præt.perf.pass verbi act. τεύχω. Nisi quis à τύκω deriuare malit. Vnde infin. τετύχθαι & partic. τετυγμένος.

Τετύκοντο, Aor.2.med.indic.modi, Ionicum habens anadiplasiasmũ pro ἐτύκοντο, vt λελαβόντο pro ἐλάβοντο. Sunt qui ex τεύχω deriuent, verùm quum id facere deberet aor.2.med. τετύχοντο, ex fut. 2. τυχοῦμαι, ideo magis consentaneum est vt formemus à verbo τύκω, quod Hesych. affert pro ἑτοιμάζω. Similiter in act. voce τετυκεῖν, pro τυκεῖν est Aorist.2.in fin. ab eodem them.

Τετύχηκα, præt.perf.act.indic.verbi τυγχάνω ex τυχέω. Vnde particip. τετυχηκώς.

Τετύχησι, Ionicè pro τύχῃ, primùm anadiplasiasmo, dein paragoge. Aorist.2.subiunct. modi, ab eodem τυγχάνω, ex inus. them. τυχέω.

Τετύχθαι, infin. præt.perf.pass à them.act. τεύχω, dempto ε ex diphthongo: vel potius ex verbo τύκω, cuius meminisse Hesyc. iam dixi. At τετύχθω est imperat. eiusdem præteriti ab eodem themate.

Τεχθῆναι, aorist.1.pas.infin.modi, à them. act. τίκτω faciente fut.1. act. τέξω, ex inus. verbo τίκω. Inde & fut.2.pass. τεχθήσομαι.

Τῆ impersonal. præsens verbi vel τάω, α & ε contractis in η. vt ζῆ pro ζάει reperimus: vel τῆμι per apocopen, vt τλῆ pro τλῆθι significat autem λάβε apud Homerum quum ait: Κύκλωψ, τῆ πίε οἶνον.

Τηλεθόωσα κόμη, apud Homerum pleonasmo poetico τοῦ ο pro τηλεθῶσα, quod est particip. præs. fœm. gen. ex verbo poetico τηλεθάω deriuato ex θάλλω.

Τίθεαι, Ionicè exempto σ pro τίθεσαι, secunda pers. verbi τίθεμαι.

Τιθέαμεν, epenthesi τοῦ α pro τίθεμεν, vt διδόαμεν pro δίδομεν. Eust.

Τιθέαται, Ionicè itidem pro τίθενται, tertia plur. eiusdem them.

Τιθῇσι, Ionicè itidem pro τιθῇ, resoluta primum circumflexa diphthongo ῇ in ῇς, deinde annexa illa paragoge σι præsens subiunct. act. à τίθημι.

Τίθει præs. imperat. act. ab eodem themate, mutum sumptum ex τιθέω, pro τίθετι.

Τιθεῖμεν, τιθεῖτε, τιθεῖεν, Attica syncope pro τιθείημεν, τιθείητε, τιθείησαν. præs.opt.act ab eodem.

Τιθείμεναι, assumpto metri gratia ι pro τιθέμεναι. Eust.

Τίθημι, Æolicè dici tradunt pro τίθημι. Itidemque τίθεντι pro τιθεῖσι.

Τιθήμεναι, ectasi poetica dicitur pro τιθέμεναι, quod est Doricus infin. verbi τίθημι pro τιθέναι. Verum & τιθήμενος in participio reperitur pro τιθέμενος, itidem ectasi illa poetica verso ε in η, metro ita postulante.

Τίνεσκε, Ionicè pro ἔτινε, detracto primùm augmento, deinde annexa particula σκε, præt. imperf. act. verbi τίνω.

Τισαίατο, Ionicè pro τίσαιντο, aor.1.med. verbi τίομαι significantis, vlciscor, punio. facit enim id fut.1.med. τίσομαι. Inde infin. τίσασθαι.

Τλάθι, imper. præs. act. à them. τλῆμι.

Τλαίην opt. præs. act. ab eodem vt ἱσταίην.

Τλὰς partic. præs. act. ab eodem.

Τλῆναι, aor.2.act. infin. modi, ab eodem, vt στῆναι ab ἵστημι.

Τλήσω, eiusdem verbi est fut. 1. actiuum mutuo sumptum ex inus. them. τλάω.

Τμάγεν, Ionica augmenti detractione & Bœotica syncope dicitur pro ἐτμάγησαν, in aor.2. pass. indic. modi, à them. act. τμήγω seu τμήσσω, faciente fut.2.act. τμαγῶ. Alioqui τμάγεν. Ionica itidem augmenti detractione posset esse pro ἔτμαγε, in aor.2. actiuo, tertia nimirum persona singul. ex prima ἔτμαγον.

Τμηγείς, partic. ex aor.2. ἐτμήγην, ab eodem themate τμήγω seu τμήσσω, retinente η in fut.2. quemadmodum πλήσσω non omnino est facere non solùm πλαγείς, sed etiam πληγείς.

Τμηθεῖσα, itidem partic. fœm. aor.1. pass. ἐτμήθην, ex act. them τέμνω, faciente præt. act. τέτμηκα & pass. τέτμημαι. de quibus suprà.

Τμήσω, fut.1.act. eiusdem verbi τέμνω, mutuatitium ab inus. τμάω, vt κάμνω ex κμάω sua tempora mutuatur. Τμήξω autem est fut. verbi τμήγω seu τμήσσω.

Τραγεῖν, aor.2.act.infin.modi à them. τρώγω faciente fut.2. τραγῶ, verso ω in α, ad corripiendam penultimam quæ in fut.2. & aor.2. plerunque breuis est.

Τραπείομεν, Ionicè pro τραπῶμεν dicunt poetæ, resoluta primũ vocali circumflexa ῶ in εω, deinde facta systole τοῦ ω, & metri causa inserto. aor.2. pass. subiunct. modi à them. τρέπω faciente fut.2. act. τραπῶ, mutato ε in α. vt στέλλω σταλῶ. Eiusdem aor.2. pass. infin. est τραπῆναι, & partic. τραπείς: & in med. voce τραπέσθαι ac τραπόμενος.

Τράπεν, Ionica augmenti detractione pro ἔτραπεν. aorist.2. act à them. τρέπω faciente fut. τραπῶ, verso ε in α. Potest τράπεν Ionica itidem augmenti detractione & præterea Bœotica syncope, esse etiam aor.2. pass. indic. modi pro ἐτράπησαν, vt τμάγεν paulò suprà pro ἐτμάγησαν.

Τράφεν, Ionica augmenti detractione & Bœotica syncope dicitur pro ἐτράφησαν, vt τμάγεν suprà pro ἐτμάγησαν. aor.2. pas. indic. modi à them. act. τρέφω, faciente fut.2. act τραφῶ, mutato ε in α, vt τρέπω, τραπῶ. Est etiam hoc idem τράφεν aor.2. act. ex fut. 2. τραφῶ, augmento itidem carens pro ἔτραφον, ex prima pers. ἔτραπον.

Τρέσσαν, Ionicè & poeticè pro ἔτρεσαν, abiecto primùm augmẽto deinde geminato σ metri causa. aor.1. act. indic. à them. τρέω, faciente fut.1 act. τρέσω, retento ε, vt τελέω τελέσω.

Τρέφοιν, præs. opt. act. per syncopen pro τρεφοίην, quod Atticum est pro τρέφοιμι. Ita Etymologus, afferens ex Eurip. hunc huius τρέφοιν vsum. Ἄφρων ἂν εἴην τρέφοιν τὰ τῶν πέλας.

Τριχθῆναι, aor.1. pass. infin. modi, à them. act. τριχάζω.

Τρομεοίατο, Ionicè pro τρομέοιντο, præs. opt. pass. ab act. τρομέω.

Τροχόωσαι, Ionico itidem seu poetico pleonasmo τοῦ ο pro τροχῶσαι, particip. præs. à them. τροχάω.

Τρωθῇ, Aor.1. pass. subiunct. modi à them. act. τιτρώσκω faciente fut. 1. τρώσω, ex inus. them. τρόω.

Τρώσω, fut.1. act. verbi τιτρώσκω, ex inus. them. τρόω.

Τυπτήσεις, Atticè pro τύψεις, ex τύπτω formato them. τυπτέω.

Τυπτόντων, itidem Atticè pro τυπτέτωσαν: participij præs. genitiuo plur. posito loco tertiæ pers. plur. imper. præs. act. vt ἀγγελλόντων, iidem dicunt pro ἀγγελλέτωσαν.

Τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν, Attica syncope pro τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, aor 1. pass. opt. modi, à them. act. τύπτω.

Τυχθείς, part. pass. aor.1. ἐτύχθην, ex them. τεύχομαι deposito ε ex diphthongo, vel potius ex τύκομαι, cuius Hesych. meminit.

Τυχών, partic. aor.2. act. ἔτυχον, à them. τυγχάνω, faciente fut.2 τυχῶ, ex inus. verbo τυχέω. Ex quo them. est & in indic. modo τύχε pro ἔτυχε, poeticè & Ionicè dempto augmento. Ex τυχέω autem est fut.1. act. τυχήσω.

Τυψάντων, Atticè pro τυψάτωσαν vt paulò suprà τυπτόντων pro τυπτέτωσαν.

Τυψεῦντι, Doricè pro τύψουσι, fut.1. act. verbi τύπτω.

## Y

Ὕββαλλειν, Æolica syncope pro ὑποβάλλειν dicitur, vt καββάλλειν pro καταβάλλειν, exempto ο, & π in β mutato propter sequens β. Eust. annotat hanc λέξιν à quibusdam ψιλοῦσθαι.

Ὑπείρεχον, Ionicè seu poeticè metri causa inserto ι pro ὑπερέχον, dempto etiam augmento præt. imperf. act. verbi ὑπερέχω.

Ὑπελύσαο, Ionica contractionis dissolutione pro ὑπελύσω, secunda persona sing. aor.1. med. ind. modi, ab act. them. ὑπολύω.

Ὑπεμνήμυκε, Eust. diplasiasmo & pleonasmo vsurpatum scribit pro ὑπήμυκε, à them. ὑπημύω, significareque ait τεταπείνωμαι, καταβέβλημαι, idem tradit Etym.

Ὑπερασπιῶ, Atticè pro ὑπερασπίσω, fut.1. act. verbi ὑπερασπίζω.

Ὑπέσταν, Bœotica syncope pro ὑπέστησαν, aor.2. act. indic. à themate ὑφίστημι.

Ὑπεσχόμην, aor.2. indic. à them. ὑπισχνέομαι, mutuante fut.2. ὑποσχοῦμαι, ex inus. them. ὑποσχέω ex quo habet & fut.1. ὑποσχήσω, ex quo præt. perf. pas. ὑπέσχημαι.

Ὑπήρμαι, præt. perf. pass. indic. modi, ex act. them. ὑπαίρω. Vnde partic. ὑπηρμένος.

Ὑπῆρξα, aor.1. act. indic. à them. ὑπάρχω: cuius præterit. perfect. act. est ὑπῆρχα.

Ὑπόσχεο, Ionica diphthongi dissolutione pro ὑπόσχου, aor.2. med. imp. modi à verbo ὑπισχνέομαι, vel ὑπέχω faciente fut.2. med. ὑποσχοῦμαι ex ὑποσχέω, ex quo facit & fut.2. ὑποσχήσομαι.

Ὑσθῆναι, aor.1. pass. infin. modi, à them. act. ὕω faciente fut.1. act. ὕσω.

Ὕφειμαι, præt. perf. pas. verbi act. ὑφίημι, vnde partic. ὑφειμένος.

Ὑφελοίατο, Ionicè pro ὑφέλοιντο, Aor.2. opt. modi, à them. ὑφαιρέω faciente fut.2 act. ὑφελῶ, ex inus. ὑφέλω.

Ὕφετε, secunda pers. plur. Aor.2. med. vel in indic. vel in imper. modo à them. act. ὑφίημι.

Ὕφηκα, aor.1. act. indic. modi, ab eodem them.

Ὑφῆναι, Aorist.1. act. infin.modi à them.ὑφαίνω, vnde & med. Aor.1.ὑφηνάμην.

Ὑφίεντι, Doricè pro ὑφιεῖσι, vt τιθέντι pro τιθεῖσι, à themate ὑφίημι, vt annotat Varin. A quo themate est & infin.act.ὑφιέναι, & particip.ὑφιείς.

Ὑφόωσι, Ionico pleonasmo τοῦ ο pro ὑφῶσι à them.act.ὑφάω.

Ὑφόρασται, præt.perf.pass. indic. modi à themate, act. ὑφυφαίνω faciente præteritum perf. pass. ὑφύφασμαι, vt φαίνω πέφασμαι. Zenodot.apud Etymol.

Φ

Φάανθεν, pro ἐφάνθησαν dicitur primùm Ionica augmenti detractione, deinde poetico pleonasmo τοῦ α, & tertio Bœotica syncope Aorist.1. pass.indic.modi à them.act.φαίνω. Similiter φαάνθη pro ἐφάνθη, Ionicam habet thematis amissionem & poeticum pleonasmum τοῦ α.

Φαγεῖν Aor.2.act.infin.modi, à them. vel φάγω vel φήγω faciente fut.2.act.φαγῶ. Referunt ad verbum τρώγω vel ἐσθίω.

Φάγεσαι pro φαγῇ more quodam peculiari vsurpatum reperitur. secunda person.sing.futuri φάγομαι, de quo nunc dicetur. Itidémque φάγεται pro φαγεῖται.

Φάγομαι, pro φαγοῦμαι dicitur correpta penultima & translato accentu, vt πίομαι suprà habuimus pro πιοῦμαι, & ἔδομαι pro ἐδοῦμαι.fut.2.med verbi act.φάγω seu φήγω.

Φάγοντι apud Theocr.Doricè pro φάγωσι. Aorist.2.act.subiunct. modi.ab eodem.

Φάθι, præs.imper.act.à them.φημὶ vt ἵσταθι.

Φαῖμεν, φαῖτε, φαῖεν Attica syncope pro φαίημεν, φαίητε, φαίησαν. Aor.2.act.opt.modi, ab eodem φημί.

Φαινέσκετο, Ionicè pro ἐφαίνετο, dicitur dempto primùm augmento, deinde inserta syllaba σκε. præt.imperf.pass. verbi φαίνομαι. Nisi à φαινέσκομαι deriuare malis.

Φαμὶ, Doricè pro φημί.

Φάν, Ionica augmenti detractione & syncope Bœotica, pro ἔφασαν seu ἔφησαν. Aorist.2.act indic.modi à them.φημί.

Φάναι, infin.præs.vel aor.2.act.ab eodem, vt ἱστάναι & στῆναι. At φᾶναι est Aor.1.act infin.modi à φαίνω, vt μιᾶναι à μιαίνω. pro quo & φῆναι dicitur.facit enim Aor.1.indic. & ἔφανα & ἔφηνα.

Φανείς, particip. ex ἐφάνην, Aorist.2.pass.verbi φαίνω facientis futur.2.φανῶ.

Φάνεσκε, Ionicè pro ἔφανε, dempto augmento, & inserto σκε. Aorist.2.act.ab eodem.

Φανήῃ, pleonasmo τοῦ η pro φανῇ, aor.2.pass.subiunct.modi, à them. act.φαίνω. in eodem aorist.2.indic.modi φάνη poeticè & Ionicè dicitur pro ἐφάνη: & in duali numero φανήτην pro ἐφανήτην. Ab eodem est imper.φάνηθι & infin.φανῆναι.

Φανθείς, particip. Aor.1 pass ἐφάνθην, ab eodem them.

Φαντί, Doricè pro φασί.tertia pers plur.verbi φημί.

Φάο, Ionicè pro ἔφασο, dempto primùm augmento, deinde exempto σ, secunda pers. Aorist.2.med.ἐφάμην. ex them.φημί. item Aorist 2. med imper.modi, itidem pro φάσο Homer. φάο μηδ' ἐπικεύθε, dicne celas.

Φάς, particip. Aor.2.act.ἔφην, ab eodem them.

Φάσθαι, infin.ex ἐφάμην Aor.2 med.eiusdem them.

Φασῶ φασεῖς φασεῖ, Doricè pro φήσω φήσεις, φήσει, futur.1.act.ab eodem φημί, faciente fut.1.φάσω ex inus.them.φάω.

Φάτο, tertia pers sing. Aorist.2.med ἐφάμην, ab eodem them. At φατὶ Doricum esse tradunt pro φησὶ ab eodem.

Φέρεσκον Ionicè pro ἔφερον, dempto augmento, & inserta syllaba σκε præt.imperf.act.verbi φέρω.

Φερόμεσθεν, Æolicè pro φερόμεσθα dici, ab eodem themate, tradit Etymolog.

Φῆ, Ionica augmenti detractione pro ἔφη, præt.imperf. vel Aor.2. act.verbi φημί.

Φῇ, autem cum ι subscripto est præsens subiunct. vel Aorist.2. ab eodem.

Φήη, pro eodem φῇ dicitur pleonasmo τοῦ η, vt στήῃ pro στῇ.

Φῆν, Ionica augmenti detractione pro ἔφην, itidémque φῆς pro ἔφης. & sic deinceps, præt.imperf.vel Aor.act.ab eodem φημί.

Φῆναι, Aor.3. act.infin.modi, ab eodem them.φημὶ vt στῆναι ab ἵστημι. At φῆναι, cum ι subscripto.est Aorist.1.act.infin.modi.à them.φαίνω faciente Aorist.1.act.ἔφηνα. Suprà φάναι pro vtroque horum.

Φῄς, secunda pers.sing.præsentis φημὶ.præter morem aliorum verborum in μι habens subscriptum ι. φῆς autem ἀνευ ἰῶτα pro ἔφης, est secunda pers.sing. præt. imperf.vel Aorist.2.act.ἔφην, ab eodem them.

Φήσειε, Aorist.1.act. opt.modi, ab eodem themate, faciente futur. 1 act.φήσω, ex φάω.

Φῆσθα. Ionica augmenti detractione & Æolica paragoge dicitur pro ἔφης, ab eodem.

Ex his xxiiij. literis, Vocales sunt septem, id est, quæ per se possunt plenam vocem edere, α ε η ι ο υ ω. Breues duæ, ε ο quibus respondent totidem longæ η ω contractæ ex duabus breuibus, solàque quantitate ab iis differentes: & tres ancipites siue communes, id est, in quibusdam vocabulis longæ, in quibusdam breues, in paucis indifferentes. Priscianus, Vocales, ait, apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidæ, hoc est, quæ facilè modò produci, modò corripi possunt. Sicut etiam apud antiquissimos erant Græcorum ante inuentionem η & ω: quibus inuentis quæ ancipites erant, remanserunt perpetuò breues, quum earum productarum loca possessa sint à prædictis vocalibus semper longis. Hæc Priscianus. Quod hac ratione factum esse aiunt, quia vetustissimi illi, si quando syllabam vellent producere, debebant eandem vocalem bis pingere, ΔΕΕΜΟΣ pro ΔΗΜΟΣ, ΑΝΘΡΟΟΠΟΣ, pro ΑΝΘΡΩΠΟΣ. Postea Simonides Melicus ex duob. ΕΕ, inuertit alterum, hoc modo Ε϶, deinde ea coniunxit ac effecit vnum Η, quam etiam notam adspirationis fuisse ostendimus. Hinc à Βῆλ, (vnde in Euangelio Βεελζεβοὺλ ὁ ἄρχων δαιμονίων,) Belus Græcis Βῆλος, primus Assyriorum rex, Nini pater: cui vita functo templum erexerunt Babylonij, diuinisq; eum honoribus sunt prosequuti. Sic etiam duplex οο vniuit Simonides, hoc modo ω.

Ancipites autem ferè certam habent quantitatem, quanquam apud Græcos in iisdem dictionibus interdum varient iuxta illud Martialis.

> *Et quos Ἆρες Ἄρες, decet sonare.*

Et illud Theocriti, - ἦ γὰρ ἔρωτι

> πολλάκις ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.

Id est, *O Polypheme,*

> *Quæ minime sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.*

Sed præstat hanc rem Terentiani Mauri trochaicis versibus illustriorem reddere:

> *Ergo Græcis esse septem scimus è vocalibus*
> *Η & Ω, quæ bina pedibus subministrant tempora,*
> *Ε & Ο breues vocari singularis temporis.*
> *Cæteras tres quæ supersunt διχρόνους cognominant.*
> *Corripi quod sæpe eadem sæpe produci valent.*
> *Ἄλφα primùm est, inde ἰῶτα, tertium quod υ vocant.*

Et paulò post:

> *Literam namque Ε videmus esse ad ΗΤΑ proximam.*
> *Sicut Ο & Ω videntur esse vicina sibi.*
> *Temporum momenta distant, non soni natiuitas.*
> *Vnde vertunt hanc in ΗΤΑ sæpe diphthongum Graij,*
> *Quando quos ἱππεῖς solebant aut ἀχαρεῖς dicere,*
> *Leuigant, ἱππῆς quæ potius aut ἀχαρῆς nominant.*

Nósque

*Nosque Medéam Latinè sic in vsum vertimus.*
*Nomen & Regina gessit quod furens Amazonum.*
*Sic & αἰνείαν Achæm noster AEneam vocat.*

Sed & Martianus Capella dicit e Latinum duarum literarum Græcarum vim possidere: quum breuis est, τῦ ε, vt hoste: quum longa est, τῦ η, vt die: eodémque modo de ω statuendum esse. Et in hoc Virgilij, *Conticuere κοντικυῆρε*, dicunt esse tum η tum ε: primum namque e, η est, alterum verò, ε est. In illo autem *rapti Ganymedis honores*,

Ο'ναρης dicunt prius esse ο, posterius verò ω esse.

Reliquæ literæ vocem non edunt, ideóque à Platone in Cratylo & Theæteto generali vocabulo ἄφωνα vocantur, id est, vocis expertes: à Grammaticis verò σύμφωνα, id est, Consonantes, quòd cum vocalibus adiunctis sonos suos communicent. Sunt autem numero xvij. β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ.

Ex quibus sunt ἡμίφωνα, id est, Semiuocales octo: sic dictæ, quòd, vt nullas habeant vocales adiunctas, quandam tamen strepitus & soni speciem edant, ζ χ ψ λ μ ν ρ σ.

Ex his sunt διπλᾶ, id est, duplices tres, quòd duarum literarum sint compendia ζ ξ ψ.

Ὑγρὰ, id est, liquidæ quatuor, quòd ita sint lubricæ, vt quasi liquescant in pronuntiando, λ μ ν ρ. Eædem etiam ἀμετάβολα dicuntur, id est, immutabiles, quod in formationibus casuum vel temporum non mutentur.

Μοναδικὸν, id est, solitarium, vnum, σ, quod ab aliis ἄσημον, h. e. sine signo, vel ignobile vocatur.

Cæteræ nouem appellantur ἄφωνα, id est, Mutæ, quòd per se neque vocem vt vocales, neque strepitum edant vt Semiuocales, β γ δ κ π τ θ φ χ.

In aspiratis autem primùm omnium vetus error ille corrigendus videtur, quo nonnulli iampridem has literas pro aspiratis asperas nominant, quum potius densas & crassas vocare oporteat. Neque enim à Græcis τραχία γράμματα, sed δασέα dicuntur: quòd copiosiorem spiritum requirant, vt sit earum opima & quasi adipalis pronuntiatio. Quamobrem etiam literas alias oppositas non lenes, sed ψιλὰ, id est, tenues & exiles appellant. R potius litera est aspera, & l contrà admodum lenis, sicut Ouidius his versiculis optimè declarat de Remuriis loquens, quæ postea Lemuria dicta sunt:

*Aspera mutata est in lenem tempore longo*
*Litera, quæ toto nomine prima fuit.*

Itaque à Græcis initio dictionum, & si quando geminata occurrerit, addito spiritu denso lenitur: tantum abest vt rectè faciāt qui densum cum aspero confundunt.

Hoc loco obiter aduotandum, omnia ferè vocabula in quibus apud Latinos inueniuntur ζ θ υ φ χ, Græca esse, aut à Græcis deriuata, saltem non Latina vt Gaza, baptizo, thalamus, ocyus ab ὠκὺς, lachrimæ, philtrum, Christus. Quocirca vulgò peccatur in orthographia dictionum, charus, sepulchrum, simulachrum, & similium: quum scribenda sint sine aspiratione, carus, sepulcrum, & simulacrum. fiunt enim duo superiora à supinis sepultum & simulatum, vt ab inuolutum inuolucrum, à fultum, fulcrum, à lauatum lauacrum, ab ambulatum ambulacrum mutata t in c, & addito r. Testatur Seruius in iij. Georg. veteres scripsisse sepulchrum: post abiectam esse aspirationem: eius verba sunt hæc: Tria veteres habebant nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem. Quid apertius? Pulcher certè in veteribus inscriptionibus & nummatis sæpius inuenitur, quàm pulcer. Et hæc quidem habuimus hoc tempore quæ de literis & germana earum pronuntiatione diceremus. Libuit autem quosdam Euripidis valde artificiosos & festiuos versus ex Athenæo subiicere: ex quibus cognoscere liceat antiquas quarundam literarum formas. Apud Euripidem igitur in Theseo pastor quidam literarum imperitus, literas tamen quibus Thesei nomen scribitur, sic depingit.

Ἐγὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἴδρις,
Μορφὰς δὲ λέξω καὶ σαφῆ τεκμήρια
Κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος, — ϑ
Οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο, — η
Ταύτας διείργει δ' ἐν μέσαις ἄλλη μία.
Τρίτον δὲ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος. — C
Τὸ δ' αὖ τέταρτον ἦν μὲν εἰς ὀρθὸν μία. — ι
Λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι
Εἰσίν. τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι,
Γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,
Αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.
Τὸ λοίσθιον δὲ τῷ τρίτῳ προσεμφερές. — C

Quos versus ita reddit Natalis Venetus.

*Quum litterarum non peritus ipse sim,*
*Dicam figuras signaque euidentia.*
*Est circulus torno velut factus bene.*
*Signumque habens in ventre quod clare patet.*
*Binas secunda forma lineas tenet:*
*Dispescit has medio incidens mox altera.*
*Cincinnus inde tortus ipsa tertia.*
*Subit figura quarta, recta linea.*
*Tres incidentes diuidunt hanc lineam.*
*Quinetiam minùs promptum sit ipsam dicere,*
*Sed differentes lineæ inter se duæ.*
*Quæ conueniunt ambæ simul in vnam basim.*
*Extrema differt nil figura tertia.*

De literis quidam Latinis acutè admodum & breuiter his versibus lusit Quintianus Stoa Martianum Capellam imitatus.

A *sub directo memorabilis oris hiatu est.*
B *simul inclusis profertur vtrinque labellis.*
C *linguam adpulsos compellit ad vsque molares.*
D *cogit superos linguam contingere dentes.*
E *paulum pressa profertur gutture lingua.*
F *labrum inferius superis cum dentibus vrget.*
G *damus extremum quum tangit lingua palatum.*
H *oritur tractis quum ventus faucibus halat.*
I *linguam impellit collidi dentibus imis.*
K *fauces formant media cum parte palati.*
L *facit extremum contingens lingua palatum.*
M *quum fit, pressum premitur per vtrumque labellum.*
N *lingua adpulsa collidit litera dentes.*
O *venit exeritur quum spiritus ore rotundo.*
P *datur eruptis ter litera quinta labellis.*
Q *fit in adpulsu quum stringimus ora palati.*
R *facit vt supero crispetur lingua repulsu.*
S *quum fit peragit colliso sibila dente,*
T *linguam impulsu contactis dentibus exit.*
V *facit os strictum, sic promula labra fatigat.*
X *reddit quidquid c atque s formare videmus,*
Y *psilon apprensis labris procedere iussum est.*
Z *eta sepulchrales imitatur concita dentes.*

Hactenus de literis.

*De syllabis deinde de diphthongis.*

Ex literis constituuntur syllabæ. Syllabam autem vocamus docendi causa, spiritus comprehensionem ad vnam vocem exprimendam. Est autem in triplici differentia. Constat enim vel ex vna vocali: vel ex duabus vocalib. in mixtam vnam vocem coeuntibus: vel ex consonante vna, vel pluribus cum vna vocali aut duabus ad summum.

Primi generis syllabæ quinque sunt, quot scilicet vocalium soni: nam η & ω non voce, sed vocis quantitate differunt ab ι & ο.

Secundi generis diphthongi: id est, geminisonæ appellantur quòd ex duabus vocibus tertiam vnam efficientibus componantur.

Tertij generis syllabæ ex consonantium & vocalium multiplici connexione penè sunt infinitæ, quas enumerare minimè necesse est.

Diphthongus autem ita solet definiri à Grammaticis, vt sit syllaba ex duabus vocalibus sonum suum retinentibus conflata, ita dicta quòd duos φθόγγους, id est, sonos efficiat. Sic Terentianus Maurus: *Vnde diphthongos eas*
*Græcia dicunt magistri: quod duæ iuncta simul*
*Syllabam sonant in vnam, vique gemina prædita.*

Ego verò malim dicere, In vnam mixtam vocem coëuntibus (nam alioqui quando distinctæ sunt vocalium voces, duę syllabæ nascantur necesse est) aut hoc certè addiderim definitioni, Quæ raptim & vno spiritu proferri possunt.

Diphthongi sunt duodecim, nouem propriæ, tres impropriæ, quod pace Grammaticorum dictum velim, qui totidem proprias quot improprias numerant.

Propriæ dicuntur, quòd postulet eas naturalis prolatio, hoc est, quòd duæ vocales, vt integrè scribuntur, ita integrè pronuntiantur, vel quòd vna eadémque syllaba geminæ vocalis sonum edat αι ai, non e, αυ au, non af, ει ei, non i, ευ eu non ef, οι, oi, non i, ου ou, vel υι ui, non i, ηυ vel eeu, non if, ωυ oou, non of.

Ex quibus hodie vulgo sola ου rectè pronuntiatur, cæteræ omnes deprauatè. Tres verò posteriores hactenus inter improprias numerantur.

Impropriæ siue abusiuę diphthongi sunt, quæ contra veram rationem & definitionem diphthongi & scribuntur & proferuntur: hoc est, quando prior solùm vocalis integrè pingitur & enuntiatur, & ι subscriptum non exauditur: sic vocatæ, quòd naturalis pronuntiatio ipsas non requirat. Nam vt simplices vocales efferuntur, nec compositam vocem edunt. ᾳ a, ῃ ee, non i, ῳ oo, non o.

*De diphthongorum propriarum sono in genere.*

Qui duos sonos in diphthongis non agnoscunt, quomodo illas diphthongos existimare possunt? quomodo enim à vocabulis sono distant, si simplicem aliquem sonum adferunt? diphthongus enim non scriptura, sed voce cernitur: aliàs non diphthongus, sed digraphus est. Cur autem quum diphthongi omnes propriæ definitione diphthongorum continentur, quædam duos sonos, vt αυ ευ ου ηυ ωυ, quædam simplicem habent, vt αι ει οι υι? At id sanè, si diphthongus aliquid sit, & si

quid diphthongus à vocali distet, verum esse non potest. Et quum vsus in diphthongorum numerum istas retulerit, cur abusus dimidiam & meliorem soni partem ab illis auferet? Detur hoc vsui vt diphthongos faciat, vocales faciat, syllabas faciat: sed hoc dare vsui nemo potest, vt quamuis diphthongum eam faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus fit. Eximantur igitur è numero diphthōgorum, si nihil in sono cum diphthongis habent commune. At Quintilianus quærendum putauit, quomodo duabus demum vocalibus in se ipsas coeundi natura sit, quum consonantium nulla nisi alteram frangat. Sed hoc est pati illas minimè in se ipsas coire, si alteram extrahas, & obtorto collo illam à sonando rapias, ne sonus è duabus vocalibus in seipsas coeuntibus collectus esse ratur. Sin in sonando nihil altera vocalis adiuuet, tum non modò tuta frangitur, sed etiam consumitur. Igitur vt diphthongus fiat, copulatio non modò literarum, sed sonorum fieri debet, ne videlicet, quo cæteræ linguæ omnes abundant, eo Græca & Latina lingua destituatur.

Diphthongi autem quum minimè simplices voces, sed compositæ & diuisibiles fiunt, in varios sonos tribui possunt. Quomodo enim διαίρεσις talis diphthongorum esset, nisi diphthongus coitionem illorum sonorum antea habuisset: vt παῖς πάϊς. Aut quomodo συναίρεσις fieri aliquorum potest quæ non antea seiuncta separatáque voce erant? vt βασιλέϊ βασιλεῖ, &c. Videmus autem vt Iones sæpe ex αι reiiciant ι, α relinquant: sæpe ει & οι in εϊ & οϊ diuidant. Sequitur ergo vocalem præpositiuam æquè proferendam vt subiunctiuam. Nam si res diuisas vocésque diphthongorum separatas pronuntiamus, quid ni easdē coniunctas? Quid? Itáne illarum natura dissentiens est, vt ad societatem soni adduci non possint? At quare tantopere in Græca lingua dissentirent, quum in omnibus iam aliis linguis cum suauitate vsurpentur? Nō igitur rei naturâ hoc fit, neque aurium causa: quia si in re consisteret, in nulla lingua hoc fieri posset. Sin aures ab eo abhorrent, cur in patriis linguis cum voluptate audiuntur, vbi aures omnium & teretissimæ & delicatissimæ sunt? Et quoniam in Græcis diphthongorum sonis vel ι subiungi necesse est vel υ, vt verè Terentianus dixit, nos quoque elaborabimus vt istarum literarum sonus subiungatur, non dominetur. Non enim ibi quicquam subiungimus, vbi nihil antecedit: sed vt subiungatur quod sequitur, necesse est aliquid constituatur quod præponitur. At 1 literæ quatuor vocales præponuntur in propriis diphthongis, & υ quoque quinque vocales quasi duces soni anteeunt, quibus illę vt scriptura sic sono subiunguntur: quod quemadmodum in diphthongis quibus υ subiicitur, est perspicuum, sic in diphthōgis quibus ι postponitur, esse quoque debet manifestum. Nam in iis quæ ι subiectum habent, vitium in prioribus literis est: in iis quibus υ subditur, vitium in ipso υ est. Nam vna tantùm diphthongus ευ nobis pura puta in sono hactenus relicta est.

## AI.

AI igitur diphthongus nullo modo sonat vt e, sed planè Latinorum ai respondet, raptim scil. & vno spiritu pronuntiato, vt post a non respires, ne duæ syllabæ pro vna audiantur. Hinc Plutarchus in Symposiacis α literam semper præesse cæteris vocalibus, nunquam subiici, & eam in dicendo, quidquid consequatur, sonū suum retinere dicit, ac cæteris simul cum eo sonantibus vti. Neque enim vel post ι vel υ si ponatur α cum illis conueniet, aut illorum sic ductum sequetur vt ex iis vna fiat syllaba, sed quasi indignabunda litera & sese admodum efferens dominatum quæret semper. at si alteri illarum præponatur, tum subsequente illa & simul sonante vtitur, & syllabas etiam verborum facit, vt in αὔειν, αὐλεῖν, ἀιάζειν, αἰδεῖσθαι, & sexcentis aliis. Hæc ille. Quod si ἀσυμφανῶς [illegible] ἀκολουθεῖ τι χρῆ, vt Plutarchus dicit, quis negabit α in eo & ι simul sonare? An eæ literæ dominatum non amittunt, quæ in sono non minuuntur modò & quasi de gradu deiiciuntur, sed prorsus extinguuntur, vt ne minimus quidem eius sensus in auribus remaneat? Annon idem accidit quum α litera τῷ ι nullo modo consonat, si neutra harum sonum habeat, sed quoddam peregrinum pro vtroque reponatur? Itaque simul istæ sic sonent, vt consonare & consentire possint. Nunc autem quasi neutra digna sono sit, tertium aliquid, nempe ε pro vtroque adhibetur.

Perdet igitur α dominatum suum & magistratu suo abibit, si in αἴας, in αἰδεῖσθαι, & sexcentis aliis, nihil sonet: sed hoc est imperium facere in magistratum non pati vt munus suum vbi debet opportunè administret. Ex hoc igitur satis probetur α in αι reliquisque locis vbi ponitur sonum suum retinere, & ι cum illo consonare.

Quintilianus etiam αι diphthongum Græcos semper per ai extulisse memorat. Nos ergo nequaquam Græci sumus, qui diphthongum non efferimus.

Et Terentius Scaurus de orthographia testatur priscos Latinos diphthongum æ Græcis literis αι scribere solitos, quam postea mutârint in æ, sed ita pronuntiârint vt vtraque vocalis exaudiretur: quemadmodum etiam hoc tempore pronuntiari deberet. Hinc in quibusdam numismatis antiquis in auro & argento sculptis videre est ab altera parte caput Vestæ, & ab altera basilicam Æmiliam cum hac inscriptione, AIMILIA REF. S. C. M. LEPIDVS. vnde multa diuisis syllabis remanserunt. Persius Satyra 6. citat hoc carmen Ennij.

*Lunai portum (est opera) cognoscite ciues.*

Idem Ennius, *Albai rex longai.*

Lucretius, *Ignoratur enim quæ sit natura animai.*

Idem, *gelidai strideret aquai.*

Martialis, *Aetonsasque legis terrai frugiferai.*

Vergilius etiam vetustatis amantissimus,

*Aulai in medio libabant pocula Bacchi.* Et,

*Diues equûm diues pictai vestis & auri.*

In hoc semper imitati sunt Græcos, qui ex παῖς hoc est, pais faciunt πάϊς.

Gellius probat hoc verbum *fenus* non à φαίνεσθαι Græco, vt quidam arbitrantur, sed à fetu ideo venire, quia M. Cato & cæteri eius ætatis fenus & feneratorem sine a sonabant, vnde existimat à φαίνεσθαι illud deduci non posse. At quis non ex hoc videt an φαίνεσθαι illos à literæ sono vsos esse? nunc per nos æquè à φαίνεσθαι ac à fetu venire potest, qui nullam in istis verbis differentiam ponimus, & propter soni confusionem verborum etymologiam agnoscere non possumus. Sæpe enim Grammatici ineptas etymologias adferre nobis videntur, qui distinctionem sonorum non aduertimus. Quòd si in veris sonis conquirendis laboraremus, in veris etymologiis constituendis minus hæreremus. Existimemus igitur, si α semper sonum retineat vbicunque inciderit, illi semper à Græcis αι efferatur, si in φαίνεσθαι cæterisque pronuntietur α, debere α in αι diphthongo semper sonari. Cur enim non æquè in Græcis hoc fieret, ac in Latinis, vbi Aiax & Achaia dicimus? cur non eodem modo αἶα & ἀχαΐα Græcè sonamus? si Germanicis, καῖσαρ rectè *Kaiser* vocatur, quid vetat eodem sono à Græcis hoc fieri? aut quare apud Græcos vastus, apud Latinos & alios sublimis sonus est? cur in eisdem verbis tanta sonorum dissensio existit, vt vix cognoscamus eadem esse? Nunc verò quomodo illos versus apud Sophoclem legemus?

> αἰαῖ· τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
> τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;
> Νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοί,
> Καὶ τρὶς· τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω. Hoc est,
> *Ai ai quis vnquam putasset sic concinnum*
> *Meum concursurum fuisse nomen meis malis?*
> *Nunc enim res fert & bis lamentari mihi,*
> *Et ter: in tales quippe incurro sucido.*

Quanquam enim Pindarus sexto Isthmiorum nomen αἰετὸς ἀπὸ τοῦ φανέντος αἰετοῦ deducat: de cuius volatu auguratur Hercules exauditas suas preces, & futurum esse prædicit vt nascatur Telamoni fortissimus filius, non tamen minus fortasse rectè Sophocles & alij à crebra voce αἶ αἶ, vel ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, quod Theocrito etiam frequens est, deriuant.

Aduerbio αἶ confine est αἰβοῖ, id est, heu, etiam dolentis & indignantis, interdum admirantis & gestientis præ gaudio. Quod quidem si ευι proferatur, quis non videt quàm nullum planè affectum mentis designet?

Quid igitur dubitemus hanc diphthongum αι sic sonare, quemadmodum Raiam piscem, Graium, Aio, Aiacem, Maiam, Naiades, & cætera eius generis, confuso sono α & ι: nullo autem modo vt ε?

## AY.

AY nequaquam af, sed au sonat, quia litera υ, nō est f vel u consonans, sed u Gallicum: non enim diphthongus conflatur ex vocali & consonante. Et quanquam u Latinum sæpe sonum τοῦ digamma habet, illum non in fine syllabę, sed in principio semper tenet. Temerè igitur hic vitiatus υ literæ sonus nunc in αυ & ευ irrepsit. Si autem hoc natura literæ fieret, cur non hoc in ου quoque vsu veniret? At ου diphthongum bene sonamus. Itaque vt reliquæ bene sonentur, idem sonus in reliquis obseruetur. Si enim vocalis consonanti iuncta diphthongus esse non potest (diphthongus enim duarum vocalium copulatio est) iunctus etiam est vtraque sonus proficiscetur. Quod si altera à vocali abeat, iam non diphthongus, sed alia syllaba erit.

Hîc ergo Demosthenis exemplo ne pudeat à canibus diligenter diphthongum αυ cognoscere. Nam Aristoph. poeta dum canem latrantem exprimere vellet, αὖ αὖ dixit.

Terentij fabulam ἑαυτὸν τιμωρούμενον dicimus Heauton timorumenon, non heafton timorumenon.

Cæterum hic posset fortassis alicui scrupulum iniicere locus Ciceronis, qui est lib. 2. de diuinat. Quum, inquit, M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, *Cauneas* clamitabat: dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret: non fuisse periturum, si omini paruisset, quas si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda. Hactenus Cicero: ex quo colligitur ea tempestate vicinitatem quandam soni fuisse in vocibus *Cauneas* & *caue ne eas.*

Ex quibus constat voces *καυνέας*, & *caue ne eas* pronuntiatione non admodum diuersas fuisse; præsertim quum Romani non *cafneas* sonuerint vel *caphneas*, sed *cauneas*: caue autem *caue*.

## EI.

EI diphthongum hodie cum simplici iota confundunt homines etiam eruditissimi, sed errore non minus manifesto quàm periculoso, propter multiplicem vnius soni significandi rationem quum debeat proferri ei, hoc est, vtraque vocali ε & ι coniuncto sono exaudiri, sicut in Eia aduerbio adhortantis, Martial. lib. 11.

*Eia age rumpe moras.*

quod Græci dicunt εἶα, εἶ, εἶα. Aristoph. εἶα καλῶς. Hei interiectio dolentis siue ingemiscentis. vnde apud Terentium, Hei hoi: vbi in posteriori etiam sonus diphthongi οι exauditur.

Galli diphthongum hanc referunt in *sein* sinus, *feint* fictus, *plein* plenus.

I longum antiquis Romanis proferebatur vt hæc diphthongus ει, hoc est e, & ei inclusum habebat: quod vsitatum fuisse tempore Ciceronis ex vocibus βῖνοι & Latina *bini* constat. Confirmat hoc Quintilianus, dum de ei Latino dicit, durauit diutius vt ei iungendis eadem ratione qua Græci ει vterentur. Quomodo autem Latini hoc eadem ratione qua Græci vtebantur; quomodo, nisi quemadmodum tradunt veteres, vbi i longum esset, Valerium semper ei scripsisse, itémque vetustiores Latinos, extaréque in vetustis inscriptionibus hanc scripturam. *Celeberrumei, Seis primum*, pro *celeberrimi, Sis primum*? & Sosipater ait Varronem lib. 6. Epistolicarum quæstionum dicere *Eclogas ex Annales descriptas*. Vnde in numismatis antiquis LEIBERTAS, SERVEILIVS, EIDVS, quod Plutarchus εἰδοὺς. Plauti comœdia Capteiuei. & passim apud authores, queis, omneis, Tralleis, Sardeis, & id genus alia, quæ etiam per I longiusculum & extans solēt scribi: OPEIMIVS OPIMIVS, BINEI BINI, EIRONEIA IRONIA, eodem tamen seruato sono ei.

Vnde Victorinus de orthographia: Quum verò eadem i, e literæ iuncta esset, non solùm pro longa syllaba accipiebatur, sed nominatiuum pluralem ita scriptum significabat, vt amicei, bonei, doctei, Romanei, & similia. At si per solum i scripta esset, eadem genitiuum singularem faciebat, vt *huius amici*.

Hermogenes autem in dicendi formis, vbi περὶ σεμνότητος loquitur, diphthongos & vocales longas hanc formam illustrare dicit, si in finem dictionum cadant, præter ει diphthongum. Sin ι ipsum per se ponatur, minimè, tum grandem orationem eam facit quæ ea abundat: contrahit enim magis, & ad rictum deducit os, & minimè fauces complet.

Itam verò in lingua Latina hæc diphthongus suauitatem obtinuit, vt quum Sulpitius ex ει diphthongo ι tolleret, & e plenissimum relinqueret, à Crasso apud Ciceronem lib. de Oratore iij. reprehensus sit, quòd non antiquos oratores, sed messores videretur imitari. Quòd si nos nunc in alteram partem perpetuò peccantes audiret Crassus, mirum ni non messores nos, sed pastores vocaret, qui sic pipitaremus. Cùm nunc ne accusatiuos quidem illos plurales omneis, treis, parteis, scribamus, sed expuncto ι cum Sulpitio dicamus omnes, tres, partes. Seruata est tamen in paucis quibusdam vt in hei & queis & poeticis illis, *Iam validam Ilionei nauem. & Orphei Calliopeia.*

Vitiosa huius diphthongi tum pronuntiatio tum scriptio non paucos authorum locos corrupit, viróśque alioqui doctissimos decepit. Et, vt de multis vnum aut alterum adferamus, elegantissimum adagium τηρεῖν τὴν καρδίαν ἐν πείσῃ, id est, retinere cor in ancorali fune: hoc est, in sua cōstantia atque firmitudine, apud Synesium in Encomio caluicij hactenus redditum fuit, in Pisa animum præparare. Interpres enim pro πείσῃ (quæ etiam πεῖσμα & πρυμνήσιον vocatur) legit πίσῃ. Similis menda in libello Plutarchi περὶ ἀοργησίας, vbi librariorum incuria, quæ ob neglectam pronuntiationem solet incidere, vox πείσῃ, deprauata est in πείσει: ita vt Erasmo ipsi ansam erroris præbuerit, dum hæc ἐν τῇ ὁμηρικῇ πείσῃ μένοντι τὸν θυμὸν vertit in persuasione Homerica permanentem.

## EY.

In ευ diphthono hodie peccatur, sicut in αυ paulò ante peccari ostendimus. Nam ευ sonat eu, non ef. εὖρος eurus, εὖγε, euge, πεντάτευχος pentateuchus non pendatefchos.

## OI.

OI, sicut in ει tradidimus, integrè quoque proferendum, vt vtriusque vocalis sonus possit exaudiri, non tanquam simplex ἰῶτα, quemadmodum vulgó. Sono quippe differunt πιότης obesitas, & ποιότης qualitas. Quod liquet ex dictionibus Gallicis, *moi, soi, toi*: quas retinuerunt à Græcis μοὶ, σοὶ, Doricè, τοὶ, & οἱ, aspiratione mutata in s, quemadmodum ὗς in sus.

Mansit in extremis syllabis integrior hæc diphthongus in iis quidem vocabulis quæ in n desinunt, vt *soin besoin, loin*. Et apud Latinos in his vocibus, Troia τροία, non Tria.

Hanc diphthongum etiam retinent antiqui illi datiui *bonoi, dominoi*, pro *bono, domino*: & illud Catulli initium, *Quoi dono lepidum nouum libellum.*

Thucydidis locus ex libro historiarum primo tam planus est, vt de sono οι minimè dubitari possit. Nam quum patrum aut auorum memoria oraculum quoddam Atheniensibus datum esset, propter longitudinem temporis iterum penè è memoria illorum abiit, vt ij qui à patribus illud acceperant, in magna varietate & dissensione essent, aliis λοιμὸς in carmine, aliis λιμὸς sonantibus. Quum autem prætereisset illud bellum, & magna pestis stragésque hominum & bestiarum totam terram inuasisset, tum λοιμὸν fuisse in oraculo dicebant. Quòd si alio tempore, inquit Thucydides, aliud bellum sequatur quod fames quædam sequutura sit, tum λιμὸς & non λοιμὸς dicent. Carmen verò apud Thucydidem hoc est:

ἥξει δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Matthæi xiiij. cap. Καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους.

Latini hanc diphthongum per œ reddunt, Φοῖβος Phœbus, Κροῖσος Crœsus.

## OY, u vocalis.

OY profertur vt u vocalis, id est, ou.

μοῦσα Musa, τοὺς λόγους, tous logous.

u enim, licet nonnullis hodie corruptè sonet vt υ siue u Gallicum, omninò Latinè proferendum vt hæc diphthongus ου, quæ inter proprias sola rectè ab omnibus pronuntiatur, & pura puta in sono relinquitur.

Igitur u Latinum scriptura simplex, sono coniunctum est: quare diphthongus potiùs quàm vocalis censenda videtur.

Nisi enim o in u sonaremus, a Latino u ad Græcum υ veniremus. hoc autem inter se distant quod υ simplex est, nihil admistū nihil alienum adiunctum habet: u verò perpetuum o ducem soni habet, & iunctus cum illo perpetuò in ore exit.

Tradunt etiam nonnulli aliquando pro u longo scriptum ab antiquis fuisse ου vt lumen, nuntij, & Græci ferè ου diphthongo reddunt vocalem u Latinum idem sonantem.

Tullius Τούλλιος: Gaza & Planudes Τύλλιος, Iunius Ἰούνιος, Brutus Βροῦτος. custodia, κουστωδία. Itémque u consonantem crescente numero syllabarum, Valerius οὐαλέριος. Varro οὐάρρων. Seruius Σερούιος, Heluetij ἐλουήτιοι, Plutarch. ἐλβήτιοι.

## YI.

TRES quæ sequuntur diphthongi, licet propriæ, rariores tamen sunt, & κακόφωνοι vocantur hoc est, malesonantes, quod difficilioris sint prolationis: videtur esse causa cur à Grammaticis inter improprias numeratæ sint.

υι igitur siue υι sonat ui per u gallicum vna syllaba comprehensum, non ι longum, vt vulgò solent efferre: vt ἅρπυια harpuiā non harpia. Quam diphthongum videre licet in his dictionibus Gallicis *puis*, puteus, *pluie*, pluuia, *huis*, ostium.

Quæ Græcè scriberentur, πυις, πλυιε, υις.

## HY.

HY sonandum esse aiunt plerique vt eeu, non if, quemadmodum vulgò, quòd sit facta ex ευ, id est eu, ε in η mutato; vt ab εὔχομαι ηὐχόμην, eeuchomeen, non ifchomin.

## ΩY.

ΩY, proferendum eodem ferè modo vt ου, sed vastiori sono; nempe oou non of. Ionum propria est: illi enim pro αὐτὸς dicunt ὠυτὸς, hoc est, oouтos, non oftos vt vulgò. Hoc tamen interest inter ευ ου & ηυ ωυ, quod η & ω in istis, quum longa sint, pronuntiationem ita retinent vt hiatum vitare non possis.

*De tribus diphthongis impropriis.*

IMPROPRIÆ diphthongi dicuntur, quòd licèt ex duab. constent vocalibus, non tamen duos sonos in vnum coactos exprimant, sed vnius tantùm vocalis sonum edant. Ideoque abusiuè & καταχρηστικῶς diphthongi vocantur.

## ᾳ.

ᾳ. Id est alpha, ι paruulo subscripto, sonat a longum: neque enim aliter ᾳ atque α simplex vocalis effertur, φιλίᾳ philia.

ᾅδης, hadees, id est, Pluto: sæpe pro inferis & terra ponitur, quomodo vtitur Polyxena apud Euripidem in Hecuba,

ἐκεῖ δ' ἐν ᾅδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.

## ῃ.

ῃ, id est, ἦτα subscripto ἰῶτα, sonat vt η hoc est, ee.

τῇ τιμῇ tee timee, non ti timi.

λῃσταῖς, leestees, κατὰ διαίρεσιν ληϊσταῖς.

## ῳ.

ῳ, id est o mega ἰῶτα subscripto, sonat ω, τῷ λόγῳ too logoo. Pro hac Latini œ vtuntur: κωμῳδία comœdia, τραγῳδία tragœdia.

Olim, ἰῶτα ipsum literis adscribebatur, non subscribebatur, minori tamen forma quàm præcedens litera, quasi dimidiatum ἰῶτα hoc modo. αι ηι ωι. Quæ scribendi ad latus consuetudo remansit in literis capitalibus Aι, Hι, Ωι.

*De ν post ν: ν ante β π post μ: γ ante γ, & similibus.*

Grammatici nouos quosdam pronuntiationis canones hic solent subiicere.

Illi enim tanquam edicto perpetuo cauerunt literas τ ν π γ κ alios atque alios sonos admittere. τ enim post ν sonare vt d: ν ante β μ, π, vt m: π post μ, vt b Latinum, itidem post ν in diuersis dictionibus: γ ante γ ξ χ sonare perinde vt n, sic ante c, sed ipsum κ sonandum vt γ.

Εὐφωνίας

Εὐφωνίαν prætexunt, sicut in omnium literarum & diphthongorum sonis.

Τὸν Ταντάλον & Ἀντώνιον proferunt *ton dandalon* & *Andonion*.

Atqui si ita sit, quis discernet inter τὸ τρόμον, id est tremorem, & τὸ δρόμον cursum? item inter οἶκονδε aduerbium ad locum, id est domum, siue ad domum, & οἶκόν τε domúmque, si eadem vtrobique est pronuntiatio? Quorsum denique attinebat illa disputatio περὶ ἐντελεχείας & ἐνδελεχείας, quæ tot tantorumque virorum ingenia & labores in vtramque partem torsit, dum hic per τ, ille per δ scribendum putat, nisi quia non eadem vtrinque significatio nec prolatio?

Harmenopolus ac Theophilus in libris iuris Græcè conscriptis vtuntur dictione τεστάμεντο, vt verisimile sit non aliter sonuisse quàm Latinam vocem *testamento*, non autem *testamendo*.

Euphonia id suadet, quòd omnes literę sonent vt scribuntur.

Longè verò cōmodiùs τὸ βίον sonamus *ton bion*, quàm *tom vion*. quemadmodum Latinis *nomen bonum*, non *nomem bonum*: item faciliùs τὸ παῦλον *ton Paulon*, quàm *tom Baflon*. Ad quod etiam facit sententia Fabij, qui ait apud Græcos nullam dictionem in μ finiri, nempe quia molesta eius sit pronuntiatio.

Γ ante alterum γ, vel κ, vel χ, vel ξ, quod docent Grammatici sicut ν pronuntiari solere, vt ἄγγελος, ἀγκίλια, ἀγχίσης, Angelus, Ancilia, Anchises, quomodo proferre solent Latini: ne hoc quidē controuersia caret. Nam probabile est, Græcos, si pronuntiationem mutassent, ipsam quoque literam fuisse mutaturos, sicut in συμπληγάδες pro συνπληγάδες, κάββαλε, pro κάτβαλε, & similibus: quod ν ante π, & τ ante β collocari non possit vt testatur Dionysius. Atqui tantum abest vt suum γ sequentibus illis literis mutârint in ν, vt contrà si ipsum ν occurrerit, sonum illius auersati, & mollitiem illam aspernati, soleant conuertere in γ, visitata illa orthographię regula, quod semper ν ante γ κ ξ χ migrat in γ, quam ita tradit Gaza, τὸ ν ὅτε πρὸς τὸ γ, ἢ χ, ἢ κ, ἢ ξ, σώζεται συντιθέμενον, ἀλλὰ τρέπεται εἰς τὸ γ. Cedò, qua ratione dici potest, conuerti in γ, vt deinde ipsum γ sicut ν pronuntietur? Nam potius ipsum ν seruari & γ, si occurrisset, in ν conuerti oportuerat. Quòd si quis obiiciat, Latinam pronuntiationem: respondemus non de Latina, sed de Græca lingua hic quæri. Γ autem in ν à Latinis mutari non magis miror, quàm δ in l, vt Ὀδυσσεὺς Vlysses: & in β, vt δίς bis. Si rursus quis opponat, id postulare pronuntiationis rationem, iterum quęram, cur igitur, quum eiusmodi plerisque locis occurrit, in γ conuertitur, ac non potiùs retinetur? deinde quid tandem causæ sit, cur hoc dicamus poscere pronuntiandi rationem, quum ipsum potius ν cum illis literis cohærere non posse Dionys. doceat, & regula orthographiæ id apertè declaret? Certè Priscianus author est, vetustissimos scriptores Romanorum euphoniæ causa pro n scripsisse g, vt Agchites, agceps, aggelus, aggens: quod ostendit Varro 1. de origine linguæ Latinæ, his verbis: Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt, in eiusmodi Græci & Actius noster binam g scribunt, alij n & g, quod in hoc veritatem facilè videre non est, similiter agceps & agcora. Victorinus autem cui propter antiquitatem plurimum tribuendum est, ait γ ante γ & ante κ sonandum potius vt n. Idem vult duo g scribi, quoties duorum g sonum aures exigent, vt aggredior, suggero, oggannio, & similibus. Cur enim non consulatur auribus? quarum esse iudicium superbissimum dixit Cic. in Oratore. Duplex igitur γγ Gręcè efferendum quemadmodum ipsi Latini pronuntiant in aggero: & tanto mollius esse videtur quàm duplex κ, quantò molliùs pronuntiatur γ quàm κ: illud autem κκ & Latini & Græci vsurpant, vt ἐκκλησία Ecclesia.

Fatendum quidem est ante χ vel κ vel ξ, γ proferri non posse, præsertim in vltimis syllabis, vt σύριγξ, φάλαγξ, λύγξ. Syrinx, Phalanx, lynx. quia nimirum γ nullam habet coniunctam vocalem cum qua cohæreat.

Sed quid hic facias, quum disertè dicant Græci ipsum ν iisdem his literis præponi non posse? quod si verum est, (cur Latini tamen id faciunt? scribunt enim Ancillæ, Anxur, Anchises) & Græci Grammatici cur γ ante has literas vt ν pronuntiandum esse docent? Nam si pronuntiari potest vt debet, certè etiam scribi. Respond. in huiusmodi vocabulis literam quidem n & à Latinis scribi, & à Græcis pronuntiari, sed adulterinum, sicut Gellius ex Nigidio obseruauit. nam n non esse (inquit Nigidius) lingua indicio est: nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret.

Hanc ergo doctissimi Grammatici præceptionem si sequamur, dicemus ν ante γ κ χ ξ, mutari à Græcis in γ, non vt ipsum γ enuntietur, (nam id fieri non potest) sed vt significetur illud ν peregrino quodam sono esse pronuntiandum, id est, infracto, ita vt lingua palatum non feriat, quomodo etiamnum hodie à Gallis pronuntiari solet m vel n, in mediis præsertim dictionibus, quum syllabam claudunt: *manger* edere, *encre* atramentum, *Anglois* Anglus, *Anjou* Andegauum, *trembler* tremere, *somme* somnus, *colomne* columna, *combatre* pugnare.

*APPENDICIS FINIS.*

# IACOBI ZVINGERI
## PHILOSOPHI ET MEDICI
Basiliensis

## *GRÆCARVM DIALECTORVM*
*Hypotyposis*,

Scorsim primùm singularum, tum coniunctim omnium, tabulis methodicis,

*Iudicio memoriæque seruientibus, proposita.*

*Latis Studiorum initijs*

# GEMINI THEODORI: ALTERIVS QVIDEM PASCHALIS GALLI VIRI CLARISS. PHILOS. & Medici Pictauiensis:

*Alterius verò*

Proprij FILII, benè comprecatus

## IACOBVS ZVINGERVS,

PASCHALI ſuo εὐδαιμονίστατα διάγειν.

TE appello, Clariſſime Vir, cùm FILIOS noſtros debebam. Sed quando *illi*, in morem benè natorum, à noſtro pendent ore, quod Meo occino, id tu, me interprete, Tuo. Ait Philoſophus, λόγον μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων. Quid ergo mirum, ſi præclara hac nota à beſtiis diſtet in ipſa quoque infantia puer, eius linguam à ſollicitis matribus formari, vt articulatim, diſtinctéque vocem edat? Id verò etiam in Literarum curriculo vſu venit. Vt rerum omnium poſtliminiò reminiſcatur, quæ Platonis non ſpernenda ſententia eſt, ductore opus habet, cuius monitis rectam viam ingrediatur. At ſolis nutibus nequicquam id fiet, ni ſermonis præcepta, ſingula obſequanda indigetarint. Iam quia Græcorum iactis fundamentis, quicquid humanæ eſt vel diuinæ ſcientiæ, iure debetur; illorum certè ſermonis cognitio tam neceſſaria eſt, vt qui aliàs loquelæ defectu non Homo putari queat, Græci ſermonis inſcitia, non Sciens habendus ſit. Id non neſciuit decus literariæ tuç Galliæ, Gulielmus Budæus. Aetate grandior Græcas didicit literas: & quod commendat ſtupendum ingenium hominis, quantumuis ὀψιμαθὴς, in Græciam viam, vel αὐτοδίδακτον inuenit: maximoque bono τῶν ἐπιγινομένων, inoffenſam eam & facilem patefecit. Scilicet is Cenſorij Catonis exemplum ſecutus eſt, qui ſenex Græcè didiciſſe, à Plutarcho traditur. At ipſa iam Græca lingua copia verborum diffluit, quam componendorum feſtiuitas ita reſtinguit, vt pro conciſa, miniméque redundante habeatur. Eſt tamen præter ambigua vocum ſignificata, tàm varia dialectorum idiotiſmis, vt niſi hac parte diſcentium infirmitas ſubleuetur, nimio ſatius difficilem impeditamque ſe obiiciat. Heic ergo mihi, vel opera duntaxat ſubciſiua, deſudandum exiſtimaui, & vno quaſi obtutu, quæ notanda varietas eſſet, non magis exacta, quàm cuiuis obuia methodo, regulis & canonibus ferè perpetuis, edocendum. Non fui ſubueritus, eandem proprietatem, diuerſis id locis poſcétibus, identidem ingeminare. Communis quidem regula, ad plura ſe extendens, compendio ſeruit: ſed damnoſa obſcuritas eſt, quam ſecum vehit, vſumque præceptorum & impeditum & inutilem diſcentibus reddit. Quod ſi iam operæ curæque precium eſt, quod feci, quibus id verius, quàm Noſtris feciſſe videbor? Noſtris, inquam, ea in ætate conſtitutis, qua ſimiles variegatis Pſittacis, maturi iudicij penuriam, Latini, Græci, Hebraici ſermonis oblectamento compéſent: eò liberiùs ſubinde ad RERVM notitiam, cuius ambitu vitæ humanæ beatitas incluſa eſt, prouehēdi. Memor ſum noſtræ iuuentutis, quam magnam partem in Italia egimus. Ibi tum, Venetiis in primis, occaſionem quotidiani conuictus Græcorum ſollicitè petebamus: eâ nimirum cupiti ſermonis vſum ſine maiore labore facilem, nobis comparaturi. *Sed* nulla fuit, quod omnes barbarè, non Græcè loquerentur: vel ſi fuit, peregrinis nobis minus ſecura, tutave putabatur. Viximus interea vita, ſtudiiſque vnanimes. Ego candore tuo delectatus, vnicè gaudebam, ingenuitatē meam ita probari tibi, vt voluntas vtriuſque cōmunis eſſet, quodque vellet alter, alter nō nollet. Italiam vniuerſam perambulauimus, plantarum ſarcinas, quæ tum iſtius philoſophematis noſtri cupido erat, humeris geſtauimus, quæque literariæ peregrinationis prima eſt vtilitas, doctos, quos licuit, Antonium Muſam Ferrariæ: Mercurialem, Aldroandum, Tagliacotium, Coſtæum Bononiæ; Andream Baccium Romæ: Portam Neapoli, viros ad inuidiam præclaros omnes: binos item ſolertes Pharmacopœos, Ferdinandum Imperatum Neapoli, Ioannem Ponam Veronæ, qui rerum naturalium accurata notitia in omnium ore verſabantur, nobis conciliauimus. Adiuti nimirum virtute & doctrina verè illuſtris Io. Vincentii Pinelli, bonorum omnium communis amici, tum Herculis Saxoniæ, medici & philoſophi perelegantis, amborum PatauI Antenoris viuentium. Ita peregrinati ſumus. Quod eo libentiùs hac occaſione publicè profiteor, qua noſtram prolem ad mutui amoris fraternum adfectum, paternæ adoleſcentiæ exemplo, eorundémque ſtudiorum communitate inuitandam duxi. Vt ergo tu mecum quantumuis abſens iugiter es: ſic hoc literariæ amicitiæ communi nexu Theodoros quoq; noſtros deuincio: vt vbi vbi fuerint, memores dicti Homerici:

Ξεῖνοι δ' ἀλλήλων πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι, parentum veſtigiis innutriti, diſcant ſe mutuo amare. Vterque Theodori Zuingeri, quem nemo non magni inter mortales æſtimauit vnquam, fert nomen. Vtinam vtinam, quod tuum pariter votum eſt, omine nominis & Deo ſeruire & proximo prodeſſe, [illegible] χλω, ex animo conetur vterque. Qua bona ſpe iam finem facturus, tibi Meum ita commendo, vt mihi Tuus perpetuò alterius filii loco futurus ſit. Optime vale. Baſileæ 16. Nouemb. 1605.

# DIALECTVS ATTICA

**ATTICORVM** & *Ionum antiquitùs eadem fuit sermonis proprietas, & Attica Europæa Ionica [illegible]. Crescēte verò multitudine posteaquā missa in Asiam colonia, Ionum appellationem vsurpas[set, c]æteri, qui remansē[rant, in] [illegible] Atticorum nomi[ne] [illegible], vernaculam suam magno studio excolverunt, opeq́; præclarorum ingeniorum, Lysiæ, [illegible], Aristotelis, [illegible], Xenophontis, Demosthenis, Aristophanis [illegible] aliorum, longe latenque propagarunt. Vt [illegible] Fabius, Venerem Atticæ concessam, [illegible] Græcos quidem in alio genere linguæ obtinuisse. Horum ergo dialectum vel sermonis genus [illegible] methodo, qua [illegible] facilis, docenti[bus] opportuna futura est, considerabimus, & ostendemus primùm generalissima diuisione, quam [illegible] peculiaria, ratione tum*

**Significationis** *Hæc enim vnius & eiusdem dictionis apud diuersas gentes nōnunquam diuersa est. Attici ergo præter communē vsum cæterorum Græcorū aliam significationem tribuunt Partibus orationis: quod nonnullis exemplis docebimus,*

**Articulorum.** *Quis enim communiter sit vsus præpositiuū, non ignoratur. Attici tamen attribuunt illi significationem nominis interrogatiui & infiniti τις: vt apud Demosthenem, τοῦ χάριν ταῦτα λέγω, pro τινὸς χάριν. Τὸ etiam pro τοῦτο vsurpant, vt & τῷ, & ἐγὼ pro ἐγώ. Compositum etiam ὅδε pro οὗτος, τόδε pro τοῦτο: & extra compositionem ὅδε pro οὗτος δέ. Pari ratione postpositiuum ὅς, pro pronomine οὗτος: vt apud Platonem, ἦ δ' ὅς, pro ἔφη δ' οὗτος.*

**Nominum.** Κεραμεὺς *communi dialecto est prouidus: Atticè figulus.* Ὦτος, *auicula nycticoraci similis: Atticè homo simplex, fatuus.* Ὄρνις *auicula quæuis: Attice, gallina.* Τέχνη *ars: Att. ars mechanica,* Μάμμη, *auia: Att. mater.* Γραμματεῖον, *libellus tabella: Att. locus, in quo pecunia reponuntur.* Ῥύπος, *sordes, Att. cera sigillaris.* Ἄστυ, *vrbs: Att. Athena.* Μουσικὴ, *ars musica: Attic. ars quæuis.* Τὰς γὰρ διδασκαλικὰς λέγουσιν, *ait Etymologus,* οἱ Ἀττικοὶ, τὰς μουσικὰς τῶν διθυράμβων, καὶ τῶν κωμῳδιῶν καὶ τῶν τραγῳδιῶν.

**Pronominum.** Οὗτος *pro ἐγὼ ab Atticis vsurpari testis est Schol. Aristophanis.*

**Verborum.** *Ait Suidas* βαστάζειν *Atticis non esse* αἴρειν *portare, sed rem aliquam manu contrectando pondus eius explorare: vt apud Hom. Odyss. φ v. 405.* Αὐτίκ' ἐπεὶ μέγα τόξον ἐβάστασε, καὶ ἴδε πάντῃ. *Annotat Aristophanis scholiastes in Pluto* χολᾶν *Atticis significare, furere,* μαίνεσθαι: *communiter autem* [illegible] [illegible]. Θέλω, *volo: Att.* δύναμαι, *possum: vt, apud Platonem,* τὰ χρήματα οὐκ ἐθέλει μὲν διδάσκει [illegible]. Θαυμάζω, *admirari: Att. mercedem dare.* Ἰδεῖν τινα, *videre aliquem: Att. colloqui cum aliquo.* Καλῶ με, *voco: Att. in ius voco.*

**Aduerbiorum.** Οὐδὲν μᾶλλον, *nihil magis, apud Thucydidem, Atticorum scriptorum principem, idem est, quod simplex* οὐ. *Scholiastes Thucydidis illud* οὐδὲν μᾶλλον *reddit per* οὐδαμῶς. Οὐ γὰρ ἀλλά, *non enim, vel sed non. Atticè pro* καὶ γὰρ *ait Aristophanis schol. habet. Ita* ἥκιστα, *minimè, Atticè significat* οὐδαμῶς, *nequaquam.*

**Coniunctionum.** Δὲ *communiter verò: Atticè significat* δὴ *sanè, item* ἀλλά, *sed,* γάρ, *enim,* καὶ, *&, vt annotat Thucyd. enarrator. Atticè etiam significat idem quod* ἔτι, *adhuc.* Ἀλλὰ *communiter sed, hortando vtuntur Attici, vt Corinthus scribit,* ἀλλ' ἴθι *pro* ἴθι *&* ἄγε.

**Præpositionum.** Ἐς *vtuntur Attici pro* εἰς: *vt* ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀφικέσθαι, *pro* εἰς τοὺς Λακεδαιμονίους. Εἰς *pro* ἐν: *vt,* εἰς ᾅδου *pro* ἐν ᾅδου. Πρὸ *pro* πρίν: *vt,* [illegible] *pro* [illegible]. [illegible] *pro* [illegible].

**Vocis seu dictionis,** *quatenus ea, cum ore formatur tum linearibus notis scribitur. De hac latissimus est dicendi campus in quo, ne multitudine dicēdorū obruamur, distinctè notāda est varietas quasi offertur in*

*Vna tantùm dictione. Hæc enim apud Atticos vel*

**Omnino** *diuersa est à communi Græcorum loquendi consuetudine: atque adeò solis Atticis propria. Ait Plato in Cratylo,* [illegible]. *Talia sunt Atticis propria Mensium nomina:* Ἑκατομβαιών, *Iunius.* Μεταγειτνιών, *Iulius, &c.* Τριώβολον, *diobolon. Atticorum numismatum nomina.* Ἀπληγίς, *teste Polluce vestis simplex est nullis rugis plicata.* Σαυλὰς *scribit Hesychius, apud Atticos significare mollem, delicatum.* Ἥκιστα, *minimè gentium.* Ἀλλόφιον *indumentum. Plura annotat H. Stephanus, de Attica dialecto.*

**Ex parte tantum:** *aliquot literis transpositis, mutatis, aut penitus sublatis. Quod generatim prius, tum specialiter docebimus. Vt si quæ generalem supputationē confusionis vitandæ causa non attingent, speciali examini inserātur. quæ verò specialium ob suis copiam recēseri omnia non possunt, ad generalem referantur. Hanc ergo diuersitatem expediemus, tum*

**Generaliter,** *ratione primorum dictionis principiorum, Literæ & Syllabæ: quorum considerationem vulgus Grammaticorū, illius quidem Orthographiæ, huius verò Prosodiæ demandat. Afficiunt quidem hæc ipsa principia dum patiuntur, & variè immutantur, suum opus. Sed cum dictio, quæ talis est, peculiari sua proprietate gaudeat: eam Etymologicæ classi relinquemus. & in præsentiarum generatim duntaxat Atticas literarum & syllabarum affectiones adumbrabimus. Vide sign. A.*

**Specialiter,** *reuocantes eam ad singulas Etymologiæ partes distinctas. Vide sign. B.*

**Pluribus,** *quoque modo syntacticè cohærentibus. Vide sign. C.*

# DIALECTVS

- *Græcarum Atticarum vocum affectiones tabulam [illegible]*
  - **Orthographia** *quæ non externã respicit literarũ formã sed quantitatem & qualitatem: quatenus vel plures sunt, vel pauciores: vel saltem alia ab hactenus consuetis. Ergo in dictionibus singulis habẽda est ratio literarum tum*
    - **Quantitatis.** *Nam solent Atticis vocabulis, quæ sunt communis Dialecti, literas vel*
      - **Adijcere nouas aliasque tum in**
        - **Initio**, *per* [illegible], *vt inde dictio augeatur, tũ Litera* Γ: *vt* γλάμων *pro* λάμων. *tum Syllaba* Ε: *vt* [illegible] *pro* [illegible]. Α: *vt*, ἀστιχος *pro* στίχος. *Dicunt hoc proprium Atticorum esse, vt initio abundet* α. *Sunt quoque apud ipsos frequentes Anadiplasiasmi, quod ex augmentis verborum clarissime perspicietur: vt*, ὤγαγον *pro* ἦγον.
        - **Medio**, *per* ἐπένθεσιν, *vt accedat, vel sola litera, vel syllaba.* Litera *quidem* Ι: *vt* χρεῖα *pro* χρέα, *quod Stephanus libenter concessit Atticum esse cum eo sæpius vtatur Aristophanes.* Τ: πτόλιν *pro* πόλιν *quod inquiunt veterum Atticorum fuisse:* [illegible] *pro* [illegible]. Ρ: *vt* [illegible] *pro* [illegible]. *Obseruat enim Eustathius literæ* ρ *geminationem consuetam esse Atticis.* Syllaba *vero: vt*, Ο: [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible]: *& merito ait Corinthus, cum dictum sit* [illegible], *quod pupillas hebetet. Quamuis H. Stephanus vocem illam haudquaquam Atticam, & ne Græcam quidem existimet.* Ω *quod veteres Attici interponebant: vt*, [illegible] *pro* [illegible] *ita quidem, vt iota diphthongi eliderent, &* [illegible] *pro* [illegible] *dicerent: quod tamen nonnullis est Aeolicum, pro* [illegible] *præter medio verbi* [illegible]. Δι: *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Να: *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Κα: *vt*, [illegible] *pro* [illegible].
        - **Fine**, *per* [illegible], *vt accedat tũ* Litera: *vt*, Ν [illegible] *datiuis pluralibus & tertijs verborũ addunt sequente licet consonante. vt* [illegible]. *Quanquã tertia quoq; plusquamperfecti idipsum præter* [illegible] *vnum adijcere sunt soliti: vt*, [illegible] *pro* [illegible], *tũ* Syllaba: *vt*. Ι, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible]. Δι: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible]. Θα: *vt* [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible]. *Hoc enim H. Stephanus inter atticismos refert. Huc etiam pertinent dictiones* [illegible] γε, δαι, ει, ποτε: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible], *&c.* Ει: *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Τι. *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Χι: *vt* ναιχι *pro* ναί.
      - **Demere habitenus vsitatas, idque tum in**
        - **Initio**, *per* ἀφαίρεσιν, Syllabæ Ε: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible]. Α, *intercedente apostropho: vt*, [illegible] *pro* [illegible].
        - **Medio**, *per* συγκοπὴν Literæ Ι, *quã ex diphthõgis auferunt: vt*, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible], *quod ab Eustathio dicitur Atticum esse.* Β: *vt*. [illegible] *pro* [illegible], *apud Corinthũ.* Ι: *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Syllabæ *vero* Ο, *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Π: *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Ει: *vt* [illegible] *pro* [illegible]. Αι: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], *quod Stephanus Atticis attribuit.*
        - **Fine**, *per* ἀποκοπὴν, Literæ Ν: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible]. Syllabæ Ι: *vt*, [illegible] *pro* [illegible]. Να: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible]. *Amãt enim concisiones Attici, teste Corintho.* Ναι: *vt* [illegible] *& Ionicè* [illegible] *pro* [illegible]. Σα: *vt*. [illegible] *pro* [illegible]. Τοι: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], *vt vult Corinthus. Hoc tamen pernegat Stephanus.*
    - **Qualitatis** *quã do mutatio fit per* ἀντιστοιχίαν. *Mutantur enim*
      - **Vocales**
        - **Vna**
          - **Α in**
            - Ε: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible].
            - Η: *vt*, [illegible] *pro* [illegible], *in verbis cõpositis cum præpositione* ἀνὰ. *Hos agunt quoque Attici in 4. verbis secundæ circumflexorum, & α ex contractione natum mutant in η, nec tamen iota subscribunt: vt* [illegible]: *quo pertinet* [illegible] *imperatiuus, à* [illegible]. *Sic apud Homerũ Vlysses* [illegible]. *Dicunt etiam* [illegible] *pro* [illegible], [illegible] *pro* [illegible].
            - Ο: *vt*, [illegible] *pro* [illegible] *apud Athenæum*, [illegible] *pro* [illegible].
            - Π: *vt*, [illegible] *pro* [illegible] *Athenensibus vsitatum fuit, teste Etymologo.*
          - **Ε in**
        - *Non quidem est aliena sed tamen inclusa alteri, cui adhæret. Vel nomini vel verbo. Nomini quidem: vt si synonyma,* ἰσοδυναμοῦντα *vel* παράλληλα *iungantur. vt,* θανατόντι μόροντι, *apud Hom. Sunt autem* παράλληλα, *vel* σχῆμα ἐκ παραλλήλου, *quando duæ voces simul ponuntur* παράλληλοι, *quæ non significatione, sed* προφορᾷ *duntaxat differunt, vt ait Eustathius. Verbo autem: vt.* ὀφθαλμοῖσιν ἰδών, *oculis videns:* ἐκάλεσα τῇ φωνῇ, *voce vocauit. Quo pertinet, quādo nomen verbale additur verbo, quod est* παρατιθέναι τοῖς ῥήμασι τὰ ἐξ αὐτῶν ὀνόματα, *& ab Eustathio vocatur* παρονομασία: *vt,* λῆρον ληρεῖς. δουλείαν δουλεύεις: *vel saltem id additur, quod pars est verbi compositi: vt,* ξενοκτονεῖν ξένον, οἰκοδομεῖν οἶκον, νομοθετεῖν νόμον. *Hæc omnia sunt Attica.*
      - Pronomen: *& quidem vel*
        - Simplex: *vt,* ἡμῖν *apud Sophoclem abundat, teste scholiaste. Dicunt quinetiam Attici* ἐμὸν αὐτοῦ *pro* ἐμόν. *Item* σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, ἡμῖν αὐτοῖς: *vbi pleonasmus est, vel* σχῆμα ἐκ παραλλήλου.
        - Geminatum: H. Stephanus Pronomen με *geminatum inuenit apud Aristoph. in Acharnensibus,* Νῦν οὖν με πρῶτον πρὶν λέγειν ἐάσατε Ἐκσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον.
      - Verbum, *& reliquæ partes Orationis, de quibus sign. Q.*
  - Deficit. *Vide sign. R. vel* Mutatur *vide sign. S.*

**Q. Abundant etiam in orationis structura aliquæ partes Etymologiæ,**

- **Verbum:** Vt apud Xenophontem φάναι, ἐκβαλλῶ σε τῆς τιμῆς τά τε γὰρ ἄλλα φάναι, σὺ κάλλιον οἰνοχοεῖς. Hic, ait Steph. non solùm superfluum est φάναι, sed ferè etiam orationem turbat. Abundat etiam quando cum ὅτι ... φάναι, ὡς πεῖν ὅτι παρ᾽ ἄλλων ponitur ab eodem Xenophonte: Vt, καὶ τὸν Ἀστυάγην σκώψαντα εἰπεῖν ... καλῶς οἰνοχοεῖ: Tales pleonasmi apud Homerum, à quo schematum omne genus meritò fluxisse dicitur, sunt frequentissimi. Ita abundat εἶναι: Vt, τὸ νῦν εἶναι pro τὸ νῦν. τὸ σήμερον εἶναι, pro τὸ σήμερον.

- **Participium.** Hoc Atticè redundat adiectum Nominibus, Verbis aut aliis partibus orationis. Nominibus quidem: Vt, χρηστήριον ὂν pro χρηστήριον: & apud Xenophontem 1. Pæd. ... Vbi ὢν redundat. Verbis; Vt, παίζοντες ἔχουσι pro παίζουσι. Apud Gregorium ... φαντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, id est, nomina inter clericos dare cœperunt. Hinc si tollas, ait Budæus, Verbum φάντες, eadem erit sententia. Ita etiam ἄγων, ἰὼν & alia πλεονάζει.

- **Aduerbium,** Hoc ita redundat Atticè, Vt eius significatio ad rem præsentem Vel
  - Non faciat omnino. Sic πλεονάζει, ὡς, πάνυ, μάλα, τι, aduerbialiter positum: Vt, οὐ μὴν ἀλλὰ pro ἀλλὰ μὴν· οὐδ᾽ ὁ πολλοῦ δεῖ pro πολλοῦ δεῖ· ἴσως τι pro ... pro δὴ.
  - Faciat quidem, sed tamen iam prius adsit, inclusa alteri. Sic aduerbia παράλληλα iunguntur, λίαν πάνυ: σφόδρα: μάλα σφόδρα: τυχὸν ἴσως: τάχα ἴσως: τάχα πού ἴσως πού. quia, Vt ait Budæus, πού per se significat Fortasse: σχεδὸν ἀμφὶ ... πάλιν αὖθις Vel αὖ: μάλα πάνυ: τήμερον ἡμέραν. Ait Demosthenes, σκοπεῖτε ἐκ τοῦ ... πάλιν αὖ. Ita apud Esaiam οὐ μὴ pro μὴ ponitur, quando ait de Lapide ... niculi. ὁ πιστεύων ἐπ᾽ αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. Aliquando enim dua Vel plures negationes Atticè iunguntur, intédéda negationis ergo, πρὸς τὴν παντελῆ ἄρνησιν τοῦ πράγματος ait Eustathius Vt ἀπαγορεύουσι μὴ ποιεῖν interdico tibi hoc facere: ... μὴ enim redundat. Ait Æschines, ἀπαγορεύω μὴ στεφανοῦν. prohibeo coronare. Sic ... οὐ μὰ δία, pro μὰ δία ponitur. Ita etiam μὲν οὖν Vel μὴν οὐχί, cum Voce negatiua iunguntur, Vt tres negationes pro Vna ponantur: Vt apud Lucianum ... Ἀλέξανδρε ... ἄν ἔξαρνος γένοιτο μὴ οὐχ ἐμὸς εἶναι. Hic ἔξαρνος negatiuum, adiuncta habet superflua μὴ οὐχ. Est tamen aduertendum, geminationem sæpius, non maiorem negationem, sed seruata naturali constructionis significatione, affirmationem efficere: Vt apud Demosthenem οὐδ᾽ ἐνὸ τι οὐ ποιήσει, nihil est, quod non præstabit. Huc etiam pertinet, quando Aduerbia comparatiua & superlatiua nominibus comparatiuis & superlatiuis Atticè iunguntur ex abundanti: Vt, μᾶλλον ... πλεῖστα εὐδαιμονέστατος. Nam μᾶλλον & πλεῖστα παρέλκει.

- **Coniunctio:** tum
  - **Simplex.** Abundat ergo sæpius apud Atticos, ἀλλά, ἄν, γάρ, ἢ, καὶ, ὅτι, ὡς, τοι: Vt, ἀλλὰ apud Aristophanem, οὐ γὰρ ἀλλ᾽ ἔχω κακῶς. pro οὐ γὰρ ἔχω κακῶς. Et οὐ μὴν ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἔτι, pro οὐ μὴν οὐδ᾽ ἔτι. Apud Xenophontem, καὶ Vt, φανερὸς ἦν καὶ ποιῶν καὶ λέγων. Sic γὰρ abundat: Vt, ἀλλὰ γὰρ pro ἀλλά. Inprimis etiam pleonasmus τοῦ ὅτι obseruandus est apud Plutarch. in apoph. Alexandri: τῶν δὲ παίδων λεγόντων, ὅτι ταῦτα ... Et apud Marcum cap. 1: καὶ γονυπετῶν αὐτὸν, καὶ λέγων αὐτῷ ὅτι, ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Id cum frequenter fiat in nouo Testamento, miratur H. Stephanus, cur Vetus interpres in quibusdam locis eam particulam reddiderit, in quibusdam non reddiderit: cum reddenda non sit. Quamuis idem affirmet, alibi nequaquam prætermittendam esse, sed affirmatiuæ quadam particula reddendam: Vt Marci 7: ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι καλῶς προεφήτευσεν Ἠσαΐας, &c. Vbi Vir quidam doctus ὅτι reddendam censuerit, sane, equidem.
  - **Geminata:** & Vel
    - Eadem, nimirum ἀλλά, γάρ, ἄν, &c. Vt apud Aristophan. in Pluto, ἀλλ᾽ οὐ μὴν ... ἀλλ᾽ ἀνύτεον. Vbi prius ἀλλὰ omitti posset. Apud eundem in Vespis: ... μὰ τὸν Δί᾽, οὐ γὰρ οὐδαμῶς μοι ξύμφορον, καὶ γὰρ πρότερον, &c. Vbi posterius γὰρ παρέλκει. Ait Corinthus, Atticum esse, in eodem membro coniunctionem ἂν sæpius Vsurpare. Vt apud Plat. 4. de Legib. τὰ ποῖ᾽ ἂν λεγόμενα ὀρθῶς ἂν φέροιτο. Addit H. Steph. in Vno & eodem membro bis tantùm, non plures obseruari ἄν.
    - Diuersa, ex παραλλήλου posita, ὡς nimirum & ὅτι. Affert H. Stephanus Verba Xenophontis Hellenic. 1. ... ἐνταῦθα γνόντες οἱ Μαντινεῖς, ὡς εἰ μὴ ἀποχωρήσονται αὐτοὺς, ὅτι πολλοὶ σφῶν κατακοντισθήσονται. Et dicit alterum esse superfluum.

- **Præpositio:** cuius significatio Vel
  - Aliena est à sensu Verborum propositorum. Ita πρὸς ex Corinthi sententia non solùm in compositione abundat, sed etiam extra compositionem. Profert locum Thucydidis, καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ ἀθλουμένῳ ἐγένετο: eius tamen non fidit H. Steph. In compositione autem & πρὸς & alia extra controuersiam abundant: Vt, μετάγγελος idem quod ἄγγελος: ἀπαυθαδίζεσθαι idem quod αὐθαδίζεσθαι.
  - Non quidem aliena, sed quæ prius adhæret, tum alteri Præpositioni: Vt, quando ἀμφὶ & περὶ ex παραλλήλου ponuntur. Iliados 2. ἀμφὶ περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμούς, &c. tum Aduerbio: Vt, si ἐξ præpositio adiungatur aduerbiis de loco, quæ tamen iam antea significationem eius inclusam habeant: Vt, ἐξ ὕπερθεν pro ὕπερθεν ... οὐρανόθεν pro οὐρανόθεν.

**R. Deficiunt quinetiam Attica consuetudine in orationis contextu partes orationis**

Articulus. *Atticorum est, inquit Budaeus, articulos supprimere. Fit hoc frequenter in nominibus propriis: ut,* Φίλιππός ἐστιν, *pro* ὁ Φίλιππός ἐστι. *Aristot. in problematibus,* διὰ τί λύγγα παύει πταρμός, *pro* τὴν λύγγα ὁ πταρμός. *Xenoph.* καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστι, *pro* ὁ χορός. *Ante participia quoque redundat: ut apud Platonem,* ῥηθέντα δὲ αὐτοῖς λεγομένοις, *pro* τοῖς λεγομένοις. *H. Stephanus in iis verbis Thucydidis, quae leguntur lib. 7.* ἐν τοῖς χαλεπώτατα δὴ ἦγον, *existimat articulum cum praepositione* ἐν *redundare, pro* χαλεπώτατα δὴ ἦγον, *& rationem structura verborum subiungit.*

Nomen. *Ait Corinthus, defectus Atticorum sunt. Deest ergo quandoque nomen substantiuum: ut,* ἐν βραχεῖ *scilicet* χρόνῳ: κότυλον ἀμφοτέραις, *scil.* χερσί: καθ' ἑκάστην, *scil.* ἡμέραν: ποῖον ἔειπες *apud Homerum. scil.* μῦθον: ἔρχομαι εἰς διδασκάλου *scil.* οἶκον: εἰς Ἀπόλλωνος, *scil.* ναόν. *Apud Lucam in Euangel.* δαρήσεται πολλάς, *scil.* πληγάς *&* *Aristophanes dicit,* ἐπισείσας τυπτόμενος πολλάς, *scil.* πληγάς. *Saepius sub articulo suo deficit. ut apud Aristoph.* [illegible] *, scil.* θεοὶ περιέχειν τὴν περὶ ψυχήν, *scil.* κινδυνεύειν: τὸ δε, *scil.* τὸ χωρίον: εἰς τὴν ἑαυτοῦ *scil.* πατρίδα. *Quandoque etiam deest Adiectiuum: ut,* διὰ βίου, *scil.* ὅλου, *per totam vitam:* διὰ χρόνου, *scil.* πολλοῦ: ἐξ ὀνύχων, *scil.* ἁπαλῶν.

Verbum. *Ait Eustathius 2. Iliados in Agamemnonis oratione, quae incipit* Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφές, αἰθέρι ναίων, Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν, *Atticam ellipsim inesse verbi* δός, *vel* ποίησον, *vel* εὔχομαι, *vel alterius similis. Desideratur quandoque* ἐστι: *ut apud Homerum: Odyssea* [illegible] *pro* ἐστι. *Deest quandoque infinitiuus sub articulo: ut apud Thucyd.* εὐθύς ἀφεὶς τὸ ἐς τὴν Χίον πλεῖν εἰς τὴν [illegible], *pro* τὸ εἰς τὴν Χίον πλεῖν. *De hoc uberius consulendum moneo H. Stephanum, qui aliam* [illegible] *proprietatem, multis verbis, exemplisque copiosis in Attica docuit appendice. Huc etiam pertinet, quod Corinthus* [illegible] *vocare videtur, si membro conditionali verbum non subiicitur: ut apud Sophoclem,* εἰ μέν τις ὦν ἕξεισι· εἰ δὲ μή, λέγε *pro* ἕξεισιν, σιώπα.

Participium. *Hoc saepius Atticè ad articulum desideratur: ut,* ὁ ἐν τοῖς ὑπάοις, *scil.* ὤν: ὁ πλησίον, *scil.* ὤν: οἱ περὶ *vel* ἀμφὶ Σωκράτην, *scil.* ὄντες, *qui circa Socratem sunt, vel Socrates.*

Aduerbium. *Sic deest* ὦ *exclamandi: ut,* τοῦ θράσους, τῆς ἀναιδείας, *pro* ὦ τοῦ θράσους, ὦ τῆς ἀναιδείας. *Item* ὡς *ut apud Thucydidem,* τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις χρῶνται, *pro* ὡς ἀλλοτριωτάτοις. *Negatiuum quoque: ut apud Demosthenem,* πρὸς οὐδ' ὁτιοῦν ἀπολογήσεται, *pro* πρὸς οὐδὲν οὐδ' ὁτιοῦν, *&c.* Ἕνεκα *similiter omittitur, ut apud Thucydid.* τοῦ μή τινα ζητῆσαι ποτε *pro* ἕνεκα τοῦ: *& apud Matthaeum cap. 2.* μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον τοῦ ἀπολέσαι αὐτό, *pro* ἕνεκα τοῦ. Μᾶλλον, *ut apud Lucam 18.* κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος, *pro* μᾶλλον δεδικαιωμένος: *& proverbiali senario,* θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον, *pro* μᾶλλον θέλω. *Sic in 1. Corinth. cap. 14.* ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ, *pro* θέλω μᾶλλον. Μόνον *item: ut Paulus ad Rom cap. 4.* ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν, *pro* ἐπὶ τὴν περιτομὴν μόνον. *Sic apud Xenoph. 3. anabas.* τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε *pro* τοὺς θεοὺς μόνον. *Deficiunt etiam Atticà consuetudine* ὥστε, ἄλλως, ὀλίγον, *& alia, quorum exempla quotidiana dabit lectio.*

Praepositio: *ut,* ταῦτ' ἄρα, *pro* διὰ ταῦτα *Ait H. Stephanus. Post* ταῦτα *positum* ἐλλειπτικῶς *additur particula frequenter* δή, τοι, δέ, ἄρα *&c. apud Plat. in Sympos.* ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, *pro* διὰ ταῦτα. γνώμην ἡμῶν *pro* κατ' ἡμῶν γνώμην: ὧν ἔπαθεν *pro* ὑπὲρ ὧν ἔπαθεν. *Sic etiam desunt,* ἀπό, ἀντί, εἰς, ἐκ, ἐν, ἐπί, περί, πρό, πρός, σύν, ὑπό, *&c. Apud Xenoph.* πατρὸς μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου, *pro* ἐκ *vel* ἀπὸ πατρός. *Isocrates autem & alii exprimunt quandoque in tali loquendi ratione praepositionem: ut,* πρὸς δὲ μητρὸς ἀπὸ Διὸς ὤν. *Huc etiam pertinet Synecdoche Grammatica,* καλὸς τὸ σῶμα, *pro* κατὰ τὸ σῶμα, *quae ellipsis tam est in usu, ut* κτίσις *μὲν sit Attica lingua* χρῆσις *δὲ Communis. Nonnunquam praepositiones in compositis quoque desiderantur: ut Iliados 1.* ἀλλ' ἴθι, *pro* ἀλλ' ἄπιθι. *Sic* ἅπερ *pro* καθάπερ.

**S. Mutantur autem nonnulla ab Atticis, in orationis structura, quatenus ea, quae cohaerent, diuersa sunt à communi usu, ratione tum**

Ordinis, *qui inuertitur, ut posteriora prius, priora posterius collocentur: idque cum eius quod transfertur mutatione vel*

- Aliquâ. *Etenim quando Nomen membri*
  - Praecedentis *additur membro sequenti, tum mutat Atticè accusatiuum in nominatiuum: ut apud Xenoph. in Sympos:* ἀλλ' οὐδεὶς σοι, ἔφη, ἀντιλέγει, τὸ μὴ οὐ λέξειν, ὅτι ἕκαστος ἡγεῖται πλείστου ἄξιον ἐπίστασθαι, *pro* τὸ μὴ οὐ λέξειν ἕκαστον, ὅτι ἡγεῖται. *Item Xenophon 1. anab.* ὥστε ὥρα λέγειν ὅ,τι τις γινώσκει ἄριστον εἶναι, *pro* ὥρα λέγειν τινά, ὅ,τι γινώσκει, *&c.*
  - Sequentis *attribuitur membro praecedenti, tum mutat Atticè nominatiuum in accusatiuum. Fit hoc inprimis cum verbis* ὁρῶ, οἶδα, φοβοῦμαι, *quae nomen eo casu, qui ipsis acceptus est, admittunt: ut, apud Demosthenem,* ἑώραν γὰρ ἡμᾶς, εἶτα ἐσυκοφαντούμεθα ὑπὸ τούτων, *pro* ἑώρων, εἶτα ἡμεῖς ἐσυκοφαντούμεθα. *Mar. primo & Luca 4.* οἶδά σε, τίς εἶ, *pro* οἶδα, τίς σὺ εἶ. *& Paulus 1. ad Corinth. ult.* οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, *pro* οἴδατε, ὅτι ἡ οἰκία Στεφανᾶ.
- Nulla. *Accidit quoque, ut id, quod praecedentis membri fuisset, posteriori, nullâ sui parte mutatum, Atticè inferatur: ut apud Aristotelem 3. polit.* οὐδεὶς γὰρ ἴσως ὑπομένει τῶν ἐλευθέρων τὴν τοιαύτην ἀρχήν, *pro* οὐδεὶς τῶν ἐλευθέρων. *Sic negatiua quandoque particula non datur suo verbo, ut,* εἰσιέναι νομίζουσι, *pro* νομίζουσιν οὐκ εἰσιέναι. *Nec articulus suo adhaeret nomini: ut apud Aristoph. in Acharn.* τοὺς νῦν μοι λίθους χαμᾶζε πρῶτον ἐξεράσατε *pro* τοὺς λίθους νῦν μοι, *&c. Lucianus in Nigrino,* τὸ γάρ μοι πάθος, τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ηὔξετο, *pro* τὸ πάθος γάρ, *&c. Plutarchus in Symposio,* οἱ δὲ τὰ μαλθακὰ, καὶ τὰ κοῖλα τῆς χώρας, Αἰγύπτιοι γεωργοῦντες, *pro* Αἰγύπτιοι δέ, *&c. quae verba vult Stephanus exemplo cuiusdam Attici scriptoris dicta esse.*

Terminationis, *quae apud Atticos diuersis modis euariat, Vide sign. T.*

**T.** Terminatio plurium verborum syntacticè cohærentium, Atticâ consuetudine à communibus loquendi regulis diuersa, obseruari debebit in orationis membro vel

- Vno, & vocatur τῆς φράσεως ἐνάλλαξις, omnibus Orationis partibus consideranda, in
  - Articulo ratione tum
    - Generis, vbi notandum
      1. Τυ & τῳ sine accentu in fœminino genere adduntur nominibus Atticè. Scribit schol. Sophoclis, quemadmodum τινα communis est generis Aeolibus, sic Atticis τυ & τῳ: vt, ἔστι τυ κλύων σάλπιγγος: & τυ χρείας: & ἐν τύχῃ γε τῳ. Videtur autem pro τινὸς & τινὶ poni.
      2. Nonnullis fœmininis in duali numero additur articulus masculinus Atticè: vt apud Platonem τὼ τέχνα, pro τὰ τέχνα: apud Xenoph. τὼ ἡμέρα pro τὰ ἡμέρα. Vel saltem nomina, quæ prius fœminina erant, iam inter masculina Attica recepta sunt.
      3. Articulus præpositiuus neutrius generis τὸ, cum genitiuo plurali, vsurpatur pro quouis alio genere singularis numeri: vt, τὸ τῶν εὐτυχῶν, pro οἱ εὐτυχεῖς apud Thucydidem: & τὸ πολέμου, pro ὁ πόλεμος: & apud Plutarchum, τὸ τῆς ὀργῆς pro ἡ ὀργή.
    - Numeri, Quandoque articulus pluralis numeri cum præpositione περὶ vsurpatur Atticè loco singularis: vt, οἱ περὶ Πλάτωνα pro ὁ Πλάτων.
  - Nomine tum ratione
    - Qualitatis Substantiua vsurpant pro adiectiuis Attici, teste Caninio: vt, ἄνθρωπος ἦθος pro ἀνθρώπινον: ἑλλὰς διάλεκτος, pro ἑλληνική, γυνὴ μόχθος pro γυναικεῖος. Hoc etiam dici potest, nomen primitiuum sumptum esse pro deriuatiuo.
    - Speciei Nam
      - Primitiua vsurpantur Atticè pro
        - Comparatiuis: vt in Psalm. 117. ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ ἐπ' ἄνθρωπον: vbi ἀγαθὸν pro ἄμεινον ponitur. Nisi subaudiris quis velit μᾶλλον pro μᾶλλον ἀγαθόν, de quo in aduerbiis deficientibus.
        - Possessiui: vt apud Homerum Il. 24. ἑλλὰς γλῶττα pro ἑλληνική, δοῦλον ἦμαρ pro δουλικόν. Conuenit cum eo quod iam dictum est, substantiuum pro adiectiuo vsurpari.
      - Deriuatiua nempe
        - Comparatiua Atticè sumuntur pro
          - Positiuis: vt Lucæ 17. Ἀθηναῖοι δὲ πάντες, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν, ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, pro καινόν. Ita loquitur Demosth. πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν εἴ τι λέγεται νεώτερον, pro νέον. Vsum hunc comparatiuorum pro positiuis, nō audet Stephanus affirmare Atticum, quamuis id Corinthus dicat & scholiastes Thucydidis. Affert tamē illius exempla ex Demosthene & aliis: vt sibi vis constare videatur.
          - Superlatiuis: vt apud Synesium, ἁπάντων βαρύτερος pro βαρύτατος. 1 ad Corinth 13. μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη, pro μεγίστη.
        - Superlatiua apud Atticos vsurpantur pro Comparatiuis: vt, θηριωδέστατος πάντων pro θηριωδέστερος. Apud Aristotelem, κινητικώτατα ἐστὶ κινήματα τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν pro κινητικώτερα.
        - Denominatiua pro Primitiuis adhibent Attici vt, παρθενικὴ pro παρθένος. Hoc tamen Stephanus merè poeticum esse ait, & Atticis inusitatum: & peccare Corinthum, quod quodlibet sermonis genus, à communi lingua remotum, etiam sine exemplo, Atticis tribuerit.
    - Numeri Nam
      - Singulari numero Attici vice pluralis nonnunquam vtuntur. Ita Thucydides τὸν Λακεδαιμόνιον τὸν Συρακούσιον dicit, pro τοὺς Λακεδαιμονίους, τοὺς Συρακουσίους: quod reprehendit Dionysius Halicarnassæus quasi apud solum Thucydidem id fieret, cum tamen etiam apud Demosthenem, & Aristophanem & alios reperiatur.
      - Dualis loco pluralis apud Atticos frequenter in vsu est quum ament dualem.
      - Pluralis ab Atticis adhibetur loco
        - Dualis: vt apud Homerum Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι, pro Ἀτρεΐδα: cùm duo tātùm Atridæ fuerint, Agamemnon & Menelaus.
        - Singularis nimirum, Collectiuo nomini singulari adiungitur adiectiuum plurale. Hoc quamuis videatur ex traditione quoque Grammaticorum communis esse dialecti & Synthesis dici attamen Stephanus Atticis proprium facit, sitque adeo ἀποδιδόναι πρὸς τὸ σημαινόμενον, οὐ πρὸς τὴν φωνήν: sine μὴ ἀποδιδόναι πρὸς τὴν σύνταξιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον: vt apud Demosth ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος καθήμενοι ... Præterea Neutra adduntur verbis aut participiis singularibus impersonalibus in numero plurali. vt apud Lucianum, ταῦτα λῆρος ἐστί. Et apud Platonem, δόξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα, pro δόξαν τοῦτο.
    - Casus: Etenim
      - Nominatiuus Atticè sumitur pro Genitiuo: vt, apud Hom. οἱ δὲ δύο σκόπελοι, &c. pro τῶν δὲ δυοῖν σκοπέλοιν. nimirum Pro duobus genitiuis absolutè positis, vsurpant Attici duos nominatiuos vt apud Philon Iud. de Mundo: πᾶν γὰρ τὸ αἰσθητὸν ἐν γενέσει καὶ μεταβολαῖς οὐδέποτε κατὰ ταὐτὸ μὲν ὂν κοσμεῖται καὶ νοητὸν προσεννοούμενον, &c. pro παντὸς γὰρ τοῦ αἰσθητοῦ ὄντος. &c. Pro Vocatiuo etiā: vt, ὦ φίλος pro ὦ φίλε: inprimis cum Imperatiuo: vt, Marci 5. ἔξελθε τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον.
      - Genitiuus Atticè vsurpatur pro Accusatiuo: vt apud Hom. ὄφρα πίνοι οἴνοιο, pro οἶνον. Apud Platonem ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου pro τὸν οἶνον. Putat Stephanus cum Eustathio subaudiri posse μέρος, vel τι: vt τινὸς οἴνου scil. μέρος. Pro Nominatiuo singulari, si regatur à verbo substantiuo. vt, Κρεῖσσόν ἐστι τῶν πλουσίων, pro πλούσιος.
      - Datiuus pro Genitiuo absoluto Atticè collocatur: vt apud Thucyd li. 4. ἀποχωρήσασι δὲ καὶ περ χαλεπὸν ὂν, εὔπορον ἔσται, μηδενὸς κωλύοντος pro ἀποχωρησάντων δέ. Matth. 8. καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, pro καταβάντος δὲ &c.
      - Accusatiuus Atticè pro Genitiuo sumitur, propter vim verborum priuandi & sentiendi vt, ἀποστερῶ σε τὰ χρήματα pro τῶν χρημάτων: ἀκούω σε λέγοντα pro σου λέγοντος. Sic Philop. Pro Datiuo: vt apud Thucyd. εἰ ἄν τι σε τούτων ἀρέσκει pro σοι τούτων. οἶδά με ποιεῖς pro μοι.
      - Vocatiuus pro Nominatiuo Atticis familiaris est: vt, νεφεληγερέτα Ζεύς, pro νεφεληγερέτης.
      Hæc Stephanus non Atticorum, sed Aeolum & Bœotorum esse contendit.
  - Reliquis partibus orationis, de quibus signo V.
- Duobus, vel pluribus. Vide sign. X.

V. Est quoque Attica constructionis varietas consideranda in certis partibus: in

**Pronominum, ratione tum**

- Significationis. *Atticum est sumere relatiuum αὐτὸς pro reciproco αὑτὸς: vt Psalm. 103. ἐγνώρισε τὰς ὁδοὺς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. Apud Plut. in Apopht. Antigoni, ἀξιοῦντ@ πλὴν κρίσιν αὐτῷ γενέσθαι, petente sibi iudicium institui, αὐτῷ pro αὑτῷ. Vicenersa etiam Attici vsurpant Reciprocum loco relatiui: vt apud Thuc. lib. 2. μεθ' ἑαυτῆς pro μετ' αὐτῆς, post eum. In Apocalypsi cap. 9. ὄνομα ἑαυτῷ ἑβραϊστὶ Ἀββαδὼν, pro ὄνομα αὐτῷ.*
- Numeri. *In pronominibus etiam plurali numero quandoque vtuntur Attici loco singularis: vt apud Isocr. in Panegyr. εἰ ἐν τούτοις κατασκευάζουσιν, ἐξ ὧν ἔξεσται αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς ἡμᾶς ἐγκλήματα pro ἐξ οὗ.*
- Casus. *Relatiuum Atticè sequitur casum praecedentis verbi non sequentis: vt χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, pro χρῶμαι βιβλίοις, ἃ ἔχω. Valde hoc est familiare Graecis, & appellatur a schol. Sophoclis συμπτῶσις τοῦ λόγου πρὸς τὸ ὑποτακτικὸν ἄρθρον.*

**Verbo, respectu**

**Generum. Nam**

- Passiuis vtuntur Attici pro Actiuis: vt ἀκούετο pro ἤκουε, ἠρίζετο pro ἤριζε. Philoponus ait semper hoc agere Atticos: cum tamen plerunque tantum, non semper. Nec oratoribus Atticis hoc adeò frequens est, qui solo futuro medio impensè delectantur: vt ἀκούσομαι pro ἀκούσω, non ἀκούομαι pro ἀκούω.
- Actiua pro Passiuis vsurpant Attici: vt apud Hom. φυλάξαιεν pro φυλαχθῆναι, & apud Thucyd. lib. 1. ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς, pro ἐπιμιγνύμενοι, inuicem mixti sine formidine. Id ita vetus interpres intelligendum docet.

**Modorum.**

- Indicatiuo vice Optatiui vtuntur Attici. *Obseruat hoc H. Stephanus: vt, apud Demosth. οὐ γὰρ εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι, οὔτε ῥήτορα, οὔτε στρατηγὸν, δι' ὅτου διαλύσουσιν ἀτυχίας, pro διαλύσειαν. Apud Xenoph. 2. Pæd. εἰ σὺ εἴων, ὡς τάχιστα ὅπλα ἐποιήμην, pro ποιοίμην, arma conficerem.*
- Imperatiuo vtuntur Attici pro
  - Indicatiuo: *vt, δράσεις pro δρᾶσον, apud Eurip. Dicit hoc Corinthus, negat Stephanus in appendice Attica, & ad Corinthi exempla respondet. Apud Menandrum οἶδ' ὅτι ποίησον, pro ποιήσεις.*
  - Subiunctiuo: *vt apud Aristoph. μὴ ψεῦσον, pro μὴ ψεύσῃς.*
- Optatiuum vsurpant Attici loco
  - Indicatiui: *vt apud Thucyd. κατίδοιεν pro κατεῖδον, λελάθοι pro ἐλάνθανε. Apud Xenophon. καταφρονοῖεν pro κατεφρόνει, πέμποι pro πέμπει. Dicit Eustath. Optatiuum loco praeteritorum sumi, Indicatiui non meminit.*
  - Imperatiui, *vt annotat scholiastes Lycophronis: vt κλύοις ἂν pro κλῦθι. Ait Nicandri scholiastes Optatiuum πυθοίατο sumi pro Imperatiuo πύθεσθε: id est, ευτε* [illegible].
  - Subiunctiui, *teste Io. Grammatico: vt, ἐὰν ἔλθοις pro ἐὰν ἔλθῃς. Stephanus desiderat exemplum probati auctoris.*
- Infinitiuum adhibent Attici pro
  - Imperatiuo: *vt apud Homerum, αὐτὶ μάχεσθαι pro μάχου. Possumus tamen cum Eustathio subaudire verbum κέλευε. Sic apud Hesiodum, γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν, subaudiri potest ἐπιτέλλομαι. H. Stephanus non audet affirmare hoc ab Atticis fluxisse.*
  - Indicatiuo, *inprimis Aoristum Infinitiui, vt obseruat Stephanus: vt, εἶπεν ὁ δὲ ἀκοῦσαι, pro ἤκουσε, apud Demosth.*

**Temporum.**

- Praesenti *tempore vtuntur Attici pro* Imperfecto: *vt, εἶσι pro ᾔει, teste H. Stephano.* Pro Futuro *etiam, inprimis verbi εἶμι & compositorum. Apud Homerum hac ἐναλλαξις frequens est, vt Attici ipsum imitati esse credantur, siue iam futuro careat verbum, siue formet vt praesens: vt ἔπεισιν pro ἐπελεύσεται, τελεῖ pro τελέσει, διαβιβῶ pro διαβιβάσω. Apud Hesiodum, τῇ δ' εἰς hac ibis & apud Homerum εἶμι, ibo.*
- Imperfectum *pro Praesenti nonnunquam vsurpant Attici: vt apud Hesiodum, ὡς ἄρα μῦθον ἔειπεν ἐείδεν γέρω* [illegible]*: ἔειπε pro* [illegible].
- Perfectum *loco Praesentis apud Atticos in vsu est: vt ἔλπομαι pro ἐλπίζω, νενόμικα pro νομίζω. Lucianus in Toxaride ait: ἔοικε, εἶναι πίστις δύναται αὐτοὺς, pro πιστεύει. Aristophanes ἤτοι αὐτὰς τετρίμμαι καὶ ψεφίσμαι, pro φαῦμαι.*
- Plusquamperfecto *vtuntur Attici loco* Praesentis: *vt apud Hesiod. 2. Oper. τῇ δὲ μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν ἐς φάος, ὦρτο pro ὄρνυται, ab ὄρνυμι. Loco* Imperfecti: *vt apud Xenop. 2. Cyrop. ὁ μὲν πατὴρ πάλιν εἰς πέρσας ἀπεπεπορεύετο καὶ οὐ* [illegible] *: ἀπῄει pro ἀπῄει.*
- Aoristum *vtrumque, sed maximè primum, vsurpant Attici pro* Praesenti: *vt apud Soph. ὡς ἀπώλεσε pro ἀπόλλυσι.* Pro Futuro: *vt apud Callim. οὐ γὰρ ἀπώλεσ' εἰ ἐμὲ ἴσος ἐφύλαξε: vbi schol. ait ἐφύλαξε pro φυλάξει dici.*
- Futurum *adhibent Attici vice Praesentis, aut Aoristi in Infinitiuo: vt apud Thucyd. lib. 8. διανοοῦνται ὅπως τι ἐν Σάμῳ στρατεύσονται, καὶ ὄντας τοὺς στρατιώτας γνώμης, τούτων πάντων τοὺς προσήκοντας λαβόντας ἄρξειν: vbi scholiastes εἰ* [illegible] *pro ἄρξαι positum esse admonet. Plutarchus in Apophthegm. Antigoni: οἱ τὸ ὅμηρον γόγγυσα* [illegible] *pro* [illegible].
- Futurum *etiam Modum pro Praesenti actiuo sumi Atticè, docet Moscopulus in Syntaxi.*

**Numerorum.** *Est enim Atticorum synthesis propria, de qua in Nominum numero etiam diximus, quando collectiuo singulare additur verbum plurale: vt apud Thucyd. ὁ δῆμος ἐν πολλῷ πρὸς ἀλλήλους ἔσαν, pro ἦν. Et apud Homerum: ὡς φάσαν ἡ πληθύς: φάσαν pro ἔφη. Huc etiam pertinet quando Neutro plurali frequenter Atticè iungitur verbum singulare: vt apud Lucam ἃ τοιαῦτα ἐστὶ πάντα, pro εἰσι.*

**Participio.** *Vide sign.* *

**Aduerbio:** *Attici aduerbiis non rarò addunt articulum: vt, τὰ πρῶτα pro πρῶτα, τὰ μάλιστα pro μάλιστα, τὸ δεύτερον, τὸ κατ' ἀρχὰς pro δεύτερον, κατ' ἀρχάς.*

**Praepositione Casum mutat:**

- Ἐπὶ *in significatione motus ad locum pro accusatiuo genitiuum habet: vt apud Thucyd. lib. 2. ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, pro οἶκον. Nonnunquam etiam ἐπὶ accusatiuo iunctum Atticè pro κατὰ cum genitiuo vsurpatur: vt ἐφ' ἡμᾶς ἀφίκοντο* [illegible].
- Εἰς *loco accusatiui genitiuum acquirit Atticè: vt, εἰς ᾅδου, pro εἰς ᾅδην. Huic tamen alij nominis defectum, de quo dictum est, causantur, pro εἰς ᾅδου τόπον. Alias etiam, teste Stephano εἰς pro κατὰ sumitur: vt, εἰς πάντας, pro κατὰ πάντων, vt & ἐπί.*
- Ἐν *Atticè admittit genetiuum loco datiui: vt, ἐν ᾅδου pro ἐν ᾅδῃ. H. Stephanus hanc ellipsin proprij casus obseruandum dicit, pro ἐν ᾅδου τόπῳ.*
- Διὰ *accusatiuus penes Atticos iungitur loco genitiui: vt διὰ πόλιν, pro πόλεως.*
- Ὑπὸ *datiuum vice genitiui regit Atticè: vt, ὑπ' ἀφνῷ καὶ ἰατρῷ, pro ὑπ' ἀφνοῦ καὶ ἰατροῦ. Sic scribit Eustathius.*
- Genitiuum *item vice accusatiui. vt apud Homerum Iliad. 2. ὑπὸ πτέρυγος λάβε, pro ὑπὸ πτέρυγα.*

**Participium in Verborum constructione mutant Attici per**

**Heterosin**

Temporum. *Præsens tempus vsurpant Attici loco Futuri: vt apud Demosth.* οἱ σιωπῶντες *pro* σιωπησόμενοι.

Casuum. *Participia* δέον, πρέπον, παρόν, ἐξόν, δοκοῦν, προσῆκον, μέλλον, τυχόν, δόξαν, δόξαντα ὑμῖν, *aliaque similia in accusatiuo vsurpant Attici, cum in Genitiuo deberent. Dicit schol. Sophoclis, Atticos nonnunquam* πλαγιάζειν *hoc est, in obliquo casu efferre* τὰ ὀρθὰ *et* ἐνεργὰ *μετοχικὰ, participialia neutra* ἐξόν, παρόν, δοκοῦν *&c. eámque constructionem vocat* πλαγιασμόν: *vt, Lysias ait:* παρὸν μετὰ πολλῶν χρημάτων γῆμαι ἄλλην, *pro* παρόντος, *cum posset opulentam aliam ducere. Ita* ἐξὸν *pro* ἐξόντος, τυχὸν *pro* τυχόντος, δόξαν *pro* δόξαντος, *&* ἄδηλον ὄν, *pro* ἀδήλου ὄντος. *Id verò non solùm in Præsenti participij, sed etiam in Aoristo & Futuro fieri solet: vt,* δεῆσαν *pro* δεήσαντος, δόξαν *pro* δόξαντος: *imprimis cum particulis* ὡς *&* ὥσπερ: *vt,* ὡς τὸ αἴτιον τοῦτο ποιήσαντα, *pro* ὡς τοῦ αἰτίου τοῦτο ποιήσαντος: *item* ὥσπερ οὐκ αὐτοῦ χώραν τινὰ οὖσαν, *pro* χώρας τινὸς οὔσης, *tanquam nullum ei territorium fuisset. Sic Clenardus.*

**Antimeresin. Participium Atticè sumitur pro**

Nomine: *vt,* οἱ φεύγοντες *pro* οἱ φυγάδες. διδόμενοι *pro* δῶρα. ἐθνεύμενοι *pro* ἔθνη.

**Verbo: idque tribus ferè modis.**

1. Indicatiui, *aliisve modi loco vtuntur Attici participiis: vt apud Demosth.* τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διοικῶν, *pro* ὅστις διοικεῖ. *Item* τίς ὁ ταῦτα φυλάξας, *pro* τίς ἐστιν, ὅστις ταῦτα ἐφύλαξεν. *Apud Thucyd.* ἐπεμψαν Δημοσθένην ἐξάξοντα, *pro* ἵνα ἐξάξῃ. *Item* ὄντες ποιοῦντες *pro* ἵνα ποιῶσι.

2. Infinitiuo neglecto *vsurpant Participium Attici: vt, apud Aristoph.* ἴδοις τοὺς οὕτως ἔχοντας λέγοντας, *pro* ποιεῖν: μέμνημαι ποιήσας *pro* ποιῆσαι. *Simile est quod ait Thucydides lib. 1* καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται, *pro* ἐν τῷ μὴ μελετᾶν. *Grammatici dicunt, Verbis cognitionis, perseuerandi, desistendi, & aliis nonnullis hoc contingere.*

3. Circumscribunt *verbum Attici adhibito participio & verbo substantiuo aut alio aliquo habente significationem congenerem, qualis est* εἰμί, τυγχάνω, γίνομαι, *&c. vt* οὐδὲν σιωπήσας, *pro* τῷ σιωπήσεις. *Cùm enim sint* φιλομέτοχοι, *pro verbo* σιωπήσεις, *vsurpãt participium* σιωπήσας. *Hoc autem quia per se non absoluit sententiam vnum habet verbo substantiuo, quod solum tempus adsignificet aut certè alio verbo, quod dis.repantem significationem non habeat: vt* ἦσαν ἐγγίζοντες *pro* ἤγγιζον: ἴσθι προσέχων τὸν νοῦν *pro* προσέχε τὸν νοῦν. *&* ἴσθι προσέχων τὸν νοῦν *pro* φέρε: δεδιότες ὦσιν *pro* δεδίωσι λέγωσιν, *apud Demosthenem. Sic* τὸ πλῆθος ἦν βουλόμενον *pro* τὸ πλῆθος ἐβούλετο: εἰ σοι βουλομένῳ *pro* εἰ σὺ...

Aduerbio: *vt,* πρᾶττε ἀνύσας: *fac propere pro* ἀνυσίμως. *Aristoph. in Pluto,* πέραινε ἀνύσας, ὅ, τι λέγεις, ἀνύσας ποτέ. *Dicit H. Stephanus hoc euenire, vt participium in verbum & vicissim verbum in participium mutetur, vt* πρᾶττε ἀνύσας *&* ἄνυε πράττων. *Interea adhibent Attici participium loco aduerbij, quia vim verbi aliquam includens, efficaciorem reddit orationem, quàm simplex aduerbium.*

**Plura etiam orationis membra præter communem vsum ab Atticis iunguntur: vt posterius ab antecedẽte diuersum sit, & vocari solet** πρὸς τὸ σημαινόμενον, **non πρὸς τὴν φωνὴν seu λόγον, ad sensum non ad verba respicere: item, πρὸς τὸ σημαινόμενον vel νοούμενον ἀποδίδοσθαι, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν σύνταξιν: item, καταλλήλως ἔχειν & καταλληλον εἶναι πρὸς τὸ σημαινόμενον. Diuersitas autem illa oritur ratione tum**

Generis. *Posterius membrum apud Atticos vel habet* Masculinum *genus pro neutro: vt, apud Demosthenem* μὰ Δί' οὐ τὰ τοιαῦτα κινδυνεύει πεποιηκότα μὲν οὐδέν, *pro* πεποιηκότα. *Et apud Anacreontem* ἔρως μὲν ... φέροντα τόξον *pro* φέρον. Vel Masculinum *pro Fœminino: vt apud Demosth.* καὶ ταῦτα ἔλεγεν ἡ μικρὰ ... ἀναιδὴς κεφαλὴ ἐξελήλυθεν τῇ προτεραίᾳ ... *Hoc in relatiuis etiam contingit: vt apud Platonem in Philebo* λόγοι μὲν εἰσιν ἐν ἑκάστοις ἡμῶν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν, *pro* λόγοι, οὓς ἐλπίδας. *&c. Vel* Neutrum *loco Fœminini: vt apud Thucyd.* ὁ νεὼς πρῶτον ἦρξαντο ... τοῖς Ἀθηναίοις λεγόμενον ... *pro* λεγομένη μέν.

Numeri. *Quod in simplici membro fit, id etiam in pluribus, vt nomini collectiuo singulari adijciatur Atticè in sequenti membro numerus pluralis: vt apud Xenophontem Hell. 2.* εἰσιόντας δὲ αὐτοὺς ὄχλος περιεχεῖτο πολὺς, φοβούμενοι μὴ ἄπρακτοι ἥκοιεν. *Huic singulari* ὄχλος *additur pluralis* φοβούμενοι. *Apud Sophoclem in Antigono:* ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί *pro* οὗτος. *Dicit scholiastes Atticum esse, singularibus pluralia subiungere.*

**Casus vbi notandum:**

1. Transitur *quandoque Atticè à genitiuo ad accusatiuum: vt apud Aristot.* οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς διαλέκτου δεῖ, καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι, *pro* ἀλλ' ἐνδεχομένης. *Vbi etiam fœmininum in neutrum genus transit.* Quandoque *etiam à datiuo ad accusatiuum: vt apud Demosthenem,* οὐ προσεκτέον ὑμῖν δεῖ τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας ὅτι ἐκ πάντων τούτων γίνεται συνείργα: εἰδότας *pro* εἰδόσι.

2. Oratio *nonnunquam obliquis casibus præcedentibus, rectò clauditur: vt* ἦν ἄνθρωπος ἐστιν ἐνδοκοῦντα, ἢ ἐννενήκοντα, ἢ ἑκατὸν τὸ μακρότατον *pro* ὃ δεῖ τὸ μακρότατον. *Sic H. Stephanus. Nisi velimus* τὸ μακρότατον *aduerbium esse significans longissimè. Ita apud Gregorium* ἐλθόντος βασιλέως, πρόσεισιν ἐκεῖ πρότατον ... καὶ τὸ βαπτισθὲν τὸ πρὸ ἦλθεν παιδὸς τὸ παλαιὸν Ἀδὰμ, *&c. pro* ὃ προῆλθεν ... *Possumus autem dicere, hunc nominatiuum ceu per parenthesin reliquis associari.*

3. Casus *nonnunquam apud Atticos præcedentium constructionem non admittit, propter vim verbi sequentis, à quo regitur: vt apud Philostratum,* ὁ Πρωτεὺς ὁ φασιν, τὸ θαῦμα τὸ ἐλλιπὲς πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ πολυειδεῖς αἱ μορφαί. *Hic nominatiuus* Πρωτεὺς *præcedit, cui verbum finitum adhærens regere deberet sequentem casum accusatiuum: vt,* ὁ Πρωτεὺς εἶχε πολλὰς μορφάς. *Sed quia sequens verbum est, non* ἔχω *sed* εἰμί *subauditum quod sua natura cum genitiuo personæ & nominatiuo rei iungitur ideo* πολλαὶ *nominatiuus est, respiciens* εἰσί, *quod subauditur, discordans à præcedentium nominatiua constructione.*

Temporis. *Membra nonnunquam temporibus Atticè discordant: vt apud Synesium,* σὺ δὲ ὑγίαινε, καὶ ἄσπασαι τοὺς μακαρίους ἑταίρους. *Hic* ἄσπασαι *aoristus primus est,* ὑγίαινε *præsens: simul etiam modo diuersa sunt hoc Optatiuo, illo Imperatiuo existente.*

Modi. *Modis etiam diuersis iunguntur membra apud Atticos: vt apud Xenop. 2. Cyrop.* τοὺς μὲν τοι ἐλλείποντας ἐν τῇ οἰκίᾳ οἰκοῦντας, οὐδ' ἐν που σοφοὺς λέγεται, εἰ εἶπον. *Hic indicatiuus conditionalis sumitur pro infinitiuo* εἰπεῖν.

Personæ. *Huc pertinet quando Oratio* ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ εἴδους *seu* τύπου *ad* μιμητικὸν, *ab obliquo ad rectum transit: vt, Luca cap. 5.* καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν ἀλλ' ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἀρχιερεῖ.

# IONICA DIALECTVS.

Antiqua IAS intercidit, ab inhabitantium commutationem. At cum ex Attica in Asiam, tempore regni Davidici, vt nonnulli existimant, colonias duxissent Iones, Ephesum Miletum, Samum, aliásque præclaras vrbes condidissent, Ionum regio constituta est, & terra Ionica dicta, linguáque, qua vtebantur, Ionica: quam viri præstantissimi, Pythagoras, Hippocrates, Homerus, Hesiodus, Phocylides, Theognis, Herodotus, Anacreon, Archilochus, aliique complures monumentis literarum celebrem reddiderunt. De hac compendiosè & methodicè acturi, generalissima diuisione considerabimus, tum

- Significationem vocum: *sign. A.*
- Vocem ipsam, quæ à communi vsu diuersa est: siue sit
  - Vna tantum quæ apud Iones varias vel
    - Omnino. *Habent ergo & Iones peculiares quasdam voces, cæteris Græciæ populis insusitatas. Exempli gratia:* Αἱμασιὰ *sepes, maceria.* Αἶτος, *lucus.* Εὐαῖς·ος, *manifestus.* Ἠμακτέειν, *apud Suidam in manuscripto codice ex Herodoto pro* δυσφορεῖν, *indignans: &* ἠμακτεῖν, *pro indignari apud Camerarium.* Εὐάγρεις, *milites.* Μέζεα, *genitalia.* Οἴσυπος *sordidarum ouium lana & excrementum.* Συρμαΐζειν, *purgare potione ex aqua & sale.* Συρνίνολος *quoddam apio simile: seu cibus ex adipe & melle.* Τεττιγομητροκαλλίδες, *cicada, locusta. Multa annotat Corinthus, quæ sola significationis diuersitate propria sunt Ionibus.*
    - Ex parte duntaxat. Quod ostendemus, tum
      - Speciatim, *in singulis Etymologiæ classibus. Vide B.*
      - Generatim, respectu tum
        - Orthographiæ: quæ dictio Ionicè vel
          - Augetur
            - Initio, *per* πρόσθεσιν, *tum* Literæ, *nimirum* T: *vt,* τὸν *pro* ὄν, τὸν λέγοις *pro* ὃν λέγεις. Θ: *vt,* θειλόπεδον *pro* εἰλόπεδον. *tum* Syllabæ: *nimirum* O: ἐν *pro* ὦ. E: *vt,* ἐι *pro* εἰ. A: *vt,* ἅπας *pro* πᾶς, *ait Corinthus. Anadiplosis etiam apud Ionas frequens est. vt,* λελάχωσι *pro* λάχωσι, κέκλυθι *pro* κλῦθι.
            - Medio, *per* ἐπένθεσιν, *tum* Literæ, *nimirum* I, *quod, vt scribit Corinthus, vocali* ε *adiungunt: vt* ξεῖνος *pro* ξένος: *vocali item* o: *vt,* χροιὰ *pro* χρόα. *Hoc enim vtitur Hippocrates & Homerus: quamuis alij Doricum, alij Atticum nonnulli poeticum faciant.* Y *ad* o *adiiciunt: vt,* νοῦσος *pro* νόσος, κούρη *pro* κόρη, μοῦνος *pro* μόνος. *Non autem dicunt* πνῦος *&* φῦνος, *pro* πόνος *&* φόνος *quoniam hæc vt ait Corinthus à verbis* πένω *&* φένω *deducta sunt. Et quamuis* [illegible] *quoque à verbo descendat, quia tamen est trium generum assumit* υ. Γ: *vt,* ἰειγδουπος *pro* ἐρίδουπος. M: *vt,* λάμψομαι *pro* λήψομαι. Σ: *vt,* λεγόμεσθα *pro* λεγόμεθα. T: *vt,* ὅττι *pro* ὅτι. *tum* Syllabæ, *nimirum* E: *vt* αἰνεέειν *pro* αἰνεῖν, ἀδελφεὸς *pro* ἀδελφός. I: *vt,* λόγοισι *pro* λόγοις. Tu: *vt,* ἐτήτυμος *pro* ἔτυμος.
            - Fine *per* παραγωγὴν Syllabæ I: *vt,* διεσπετάισι *pro* διεσπέτασι, ποιητῆσι *pro* ποιηταῖς. Ti: *vt,* ἴφθι *pro* ἶφι.
          - Minuitur
            - Initio, *per* ἀφαίρεσιν, *quæ Ionibus est familiaris: tum* Literæ Δ: *vt,* αἰνὸς *pro* δεινός. Γ: *vt,* αἶα *pro* γαῖα. Λ: *vt* εἴβειν *pro* λείβειν. Σ: *vt,* μικρὸς *pro* σμικρός. *tum* Syllabæ, *nimirum* E: *vt* ὀρτὴ *pro* ἑορτή, κεῖνος *pro* ἐκεῖνος. *Extrahunt enim Iones è dictionibus primas vocales, teste Corintho. Præterea augmenta detrahunt perfectis & aoristis, vel omnia, vel aliqua: vt,* βλημένος *pro* βεβλημένος.
            - Medio, *per* συγκοπὴν, *tum* Literæ I: *vt,* δέξω *pro* δείξω, ἐς *pro* εἰς, ἐκτέρεος *pro* ἐκτείρεος. *Ex* ει *enim subiunctiuam tollunt Iones, & aliquando aliam literam substituunt: vt,* ποιέεσθαι *pro* ποιεῖσθαι. Γ: *vt* ἐνείκω *pro* ἐνέγκω, *substituto iota sic Corinthus ex Herodoto.* Δ: *vt* ἱερὸς *pro* ἱερόδος. K: *vt,* ἑστεῶτα *pro* ἑστηκότα, ἑστεὼς *pro* ἑστηκώς. Λ: *vt,* κάλιον *pro* κάλλιον. Σ: *vt,* ἐτίθεο *pro* ἐτίθεσο. T: *vt,* κρέσσος *pro* κρέατος. *tum* Syllabæ E: *vt* φέρτε *pro* φέρετε. Ko: *vt,* κάμμορος *pro* κακόμορος. Mn: *vt,* οἶμα *pro* οἴμημα. Mo: *vt,* ἀρμόζοντες *pro* ἁρμόζοντες. Po: *vt,* ἐξαίρετος *pro* ἐξαίρετος. Ωνι: *vt,* δουκαλίδης *pro* δουκαλιωνίδης.
            - Fine, *per* ἀποκοπὴν, *tum* Literæ N. *Hoc enim* ἐφελκυστικὸν *non vsurpant, adhibita potiùs apostropho: vt,* ἔστ᾽ ὅπως *pro* ἔστιν ὅπως. *tum* Syllabæ Nα: *vt,* κυκεῶ *pro* κυκεῶνα. Σι: *vt,* σφὶ *pro* σφισί. Ta: *vt* ἱδρῶ *pro* ἱδρῶτα.
          - Mutatur: *de quo signo C.*
        - Prosodiæ, quæ consistit in syllabarum tum
          - Quantitate. *Ionum propria sunt correptiones teste Corintho, vt Atticorum productiones. Dicūt ergo* νίας *pro* νῆας, ζοὶ *pro* ζωή.
          - Tono. *Canonem profert Etymologus:* Ἐπὶ τῶν εἰς α βραχυκαταληκτούντων, εἰώθασιν οἱ Ἴωνες βαρύνειν τὰς λέξεις, ὡς καὶ ἡμεῖς, οἷον ἄγυια, ὄργυια. ὅταν δὲ γένηται ἡ τελευταία συλλαβὴ μακρὰ αὐτικὰ ἤθελε καταβιβάζεται ὁ τόνος, οἷον ἀγυιά, ὀργυιὰ θεσπεσία. *Interea auctis vel minutis dictionibus, obseruantur Iones quoque tonum mutare: vt,* ἀληθείη *pro* ἀλήθεια, αἰθερίη *pro* αἰθέρια, οὖρος *pro* ὅρος, ξεῖνος *pro* ξένος. *Ait Nicander, Fœminina in* εια *proparoxytona, Ionibus fiunt paroxytona, sublato* ι: *vt,* ἀληθία *pro* ἀλήθεια.
          - Spiritu. *Ionas non minus, quam Aeolas, Eustathius* ψιλωτικοὺς *vocat.*
  - Plures, *de quibus signo D.*

A. Significa-

**A.** Significationem hactenus vsitatis dictionibus attribuunt Iones diuersam: quod in partib. orationis exempli gratia, ostendi potest: in

- Articulo. *Iones enim frequenter vtuntur praepositiuis loco subiunctiuorum. Vt, ὃ pro ὅν. Ait Hom. Iliad. 1. τὸ ηὔχομε τινι λιτη. Dicunt alij, postpositiuo per προσθήσιν accedere τ.*
- Nomine. *Herodotus in quinto testis est, prisca consuetudine in pellibus caprinis & ouillis scriptitatum esse. Quas cum βίβλους vocarent prisci Iones, translatum est nomen ad ipsa scripta, vt annotat Polydor. li. 2 ca. 8. de rerum inuent.* Ἐφοικος, *domesticus, Ionicè conterraneus.* Λόγχη *lancea: Ionicè, vt scribit Etymol. & Hesych. sors, portio.* Μῦθος *fabula: Ion. sermo.* Ὅμηρος, *vades, obses: Ion. caecus.* Τέλος *finis: Ionicè sumptus.* Τρύφος, *fragmentum: Ion. summa vel extrema pars montis, τὸ ἀκρωτήριον.* Φάρμακον, *venenum: Ion. color.*
- Pronomine. Ἑὸς *Ionicè pro* σός. Σφέας *pro* αὐτοὺς.
- Verbo. Ἀντιάζω *occurro: Ion. bellum gero.* Ἀναιρέω, *occido: Ionicè vaticinor.* Ἀναγινώσκω *recognosco: Ion. persuadeo.* Σπαργάω *luxurior: Ion. desidero.* Εἶναι *pro* γίνεσθαι *Ionicè sumi, testatur Eustathius 2. Iliados.*
- Aduerbio. Ἀτακῶς *Ionicè pro* ἐπιμελῶς. Ἐπιστρεφέως *pro* ἀπατηλῶς. Μὴν *pro* μὲν. Ποτὲ *pro* πρίν.
- Coniunctione. Μὲν *Ionicè pro* μὴν: *vt apud Herod.* μὴ μὲν ἔχειν ἐλπίδα. *Sic Corinthus.*
- Praepositione. Ἐς *pro* εἰς. *Vt,* πολεμόνδε *pro* εἰς πόλεμον. Ἐς *pro* εἰς. Ἐς ὃ *pro* ἕως, ὅ, *apud Herod.*

**C.** Mutantur literae ab Ionibus pro aliis tum

- Figurae per ἀντιστοιχίαν: *quando alterius locum subit. Mutantur ergo*
  - Vocales
    - Vna in aliam,
      - Ἀ in
        - E: *Vt,* γέμμα *pro* γάμμα *dicunt Iones inprimis Democritus, qui pro* μῦ μῶ λέγει, *ait Eustath. 3. Iliados.* τέσσερες *pro* τέσσαρες.
        - EA: *Vt* σφέας *pro* σφᾶς.
        - H *si α sit longum vt* σοφίη *pro* σοφία, σπείρη *pro* σπεῖρα: *vel etiam si breue, apud recentiores. Vt,* ἀληθείην *pro* ἀλήθειαν. *Sic Plutarchus Philoponus & Corinthus. Hinc regula: In omnibus partibus orationis, cuiuscunque numeri casus & personae fuerit, α in η mutare consueuerunt Iones, Doricis nominibus exceptis.*
        - Ω: *Vt,* χρεῶ *pro* χρεία, ὠεις *pro* ἀεις, ὠυτὸς *pro* αὐτὸς *in diphthongo. Existimat Corinthus Ionas hoc agere in solis rectis ex collisione, & in Vocatiuis, quemadmodum & Atticos: vt apud Herodotum,* ὤνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον, *pro* ὦ ἄνθρωπε.
      - E in
        - A breue: *Vt,* μέγαθος *pro* μέγεθος, τάμνω *pro* τέμνω *apud Herod.*
        - H: *Vt,* θηεῦμαι *pro* θεῶμαι, θηεῦντο *pro* ἐθεῶντο, θηησάντο *pro* ἐθεάσαντο, ἀγγήϊον *pro* ἀγγεῖον.
      - H in
        - I: *Vt* ἰστίη *pro* ἰστία, ἐπίστιος *pro* ἐφέστιος.
        - A *breue, teste Plutarcho & Corintho: vt* κάλη *pro* κήλη, λελασμένος *pro* λελησμένος.
        - AI, *assumpto insuper α: vt* νικαίη *pro* νίκη.
        - E: *Vt,* ξερὸν *pro* ξηρὸν, νέας *pro* νῆας *per Systolen.*
        - EA *Ionice resolui testatur Etymologus in voce* ἴσαι, *quando dicit istiusmodi resolutionis beneficio pro* ἴσῃ *Ionice dici* ἴσεαι, *iota nimirum adscripto.*
        - Ω: *Vt,* ἀρωγὸς *pro* ἀρηγός.
      - I in
        - H: *Vt,* ἡμιμέδιον *pro* ἡμιμέδιον, κινέω *pro* κινέω, πόληϊ *pro* πόλεϊ.
        - E: *Vt,* ὄφεϊ *pro* ὄφιϊ, πόλεος, *pro* πόλιος, τίθημι *pro* τίθημι.
      - O in Ω: *Vt,* δῶρον *pro* δοῦρο.
      - Ω in
        - AO: *Vt,* σαόφρων *pro* σώφρων, *apud Theognidem, Anacreontem & alios.*
        - EΩ, *si ω sit circumflexum: Vt,* τιθέω *pro* τιθῶ, ἐῶ *pro* ὦ.
    - Plures
      - IE *in* I *longum: vt vult Corinthus: Vt,* ἱρὸς *pro* ἱερός.
      - EA *in* H: *Vt.* φρητὸς *pro* φρέατος, ἦρ *pro* ἔαρ, συνήπη *pro* συνέπεια.
      - EE *in* H: *Vt.* ὄφη *pro* ὄφεε.
      - EO *in* EY: *Vt,* πλεῦνας *pro* πλέονας.
      - OA *in* Ω: *Vt,* βῶξ *pro* βόαξ, *Gaza lib. 3. Gramm.*
      - OH *in* Ω. *Vt,* ἐγὼ ὦνοντα *pro* ἐγὼ οὐκ οἶδα, βώσω *pro* βοήσω, νώσω *pro* νοήσω, βωθεῖν *pro* βοηθεῖν.
  - Diphthongi in
    - Vocales
      - EY in
        - Ω: *Vt.* ἐκπλώσας *pro* ἐκπλεύσας: *Corinthus ex Herodoto,* κατὰ λόγον ἐκπλώσαντες.
        - HY: *Vt,* ηὔχομαι *pro* εὔχομαι.
      - EI in
        - EA: *Vt,* ποιέαται *pro* ποιεῖται.
        - EE: *Vt* σφέες *pro* σφεῖς.
        - EY: *Vt,* πλεῦν *pro* πλεῖν.
        - HI: *Vt,* πληΐδες *pro* πλεΐδες, κληΐς *pro* κλείς.
      - A *cum iota subscripto in* H *cum iota subscripta. Vt,* αἰτείῃ *pro* αἰτείᾳ. *Vel saltem in* HI. *Vt,* Θρηΐξ *pro* Θρᾷξ, ῥηΐδιον *pro* ῥᾴδιον.
      - AY *in* Ω. *Vt* τρῶμα *pro* τραῦμα.
      - H *cum iota subscripto in* HI. *Vt,* χρηΐζειν *pro* χρῄζειν.
      - OY in
        - EO. *Vt,* ἐμέο *pro* ἐμοῦ. *&* EΩ. *Vt,* τέω *pro* τοῦ, βορέω *pro* βορέου.
        - OO. *Vt,* ῥόος *pro* ῥοῦς. *&* OA. *Vt,* χοᾶν *pro* χοῦν. *&* OIO. *Vt,* λόγοιο *pro* λόγου.
        - Ω. *Vt* βῶν *pro* βοῦν.
      - Ω *cum iota subscripto in* ΩI. *Vt,* τῷ λόγωϊ *pro* τῷ λόγῳ. *Et apud Hom.* ὑπερωϊον *pro* ὑπερῷον, *nisi sit poeticum.*
    - Diphthongos alias
      - AY in
        - HY. *Vt,* νηῦς *pro* ναῦς.
        - ΩY. *Vt,* θωῦμα *pro* θαῦμα. *Nam ωυ diphthongus Ionum est propria, quae nonnunquam dissoluitur. Vt,* ὠϋτὸς *pro* αὐτός.
      - AI *in* H *cum iota subscripto. Vt,* μύκῃς *pro* μύκαις.
  - Consonantes: *de quibus consule sign. E.*
- Situs & ordinis. *Transponunt enim Iones literas per*
  - Metathesin *in vna tantum syllaba. Vt,* κραδίη *pro* καρδία, κάρτερος *pro* κράτερος.
  - Hyperthesin, *in duabus. Vt,* ὄθνειος *pro* νόθειος, γυνὸς *pro* γένυος.

E. Consonan-

**E.** Consonantes *quoque inter se permutantur Ionicè, nimirum*

- Tenues *mutantur in Densas: vt,* ἐνθαῦτα *pro* ἐνταῦθα, ἐνθεῦτεν *pro* ἐντεῦθεν, βάθρακος *pro* βάτραχος. *Quod ipsum in nonnullis factitat communis dialectus: vt,* ἀντήλιος *pro* ἀνθήλιος, ἀπηλιώτης, *pro* ἀφηλιώτης. *Vel saltem in Tenues alias Π nimirum in K: vt,* κόσα *pro* πόσα, ὅκως *pro* ὅπως, *quod inprimis, inquit Antesignanus & Guillonius, in interrogatiuis fit & relatiuis.*
- Densæ *in Tenues: qua mutatione vnicè delectantur Iones, in compositis inprimis tum in simplicibus: vt,* ἀπικόμην *pro* ἀφικόμην, δέκομαι *pro* δέχομαι, οὐκ ὁρῶ *pro* οὐχ ὁρῶ, ἀπ' οὗ *pro* ἀφ' οὗ, κατ' ἕν *pro* καθ' ἕν, οὐκ οὕτω *pro* οὐχ οὕτω, κιθὼν *pro* χιθών. *Quamuis, teste Grammatico, & Corintho, X etiam in Ξ mutent: vt,* τριξά *pro* τριχα, διξά *pro* δίχα.
- Mediæ *mutæ*: B & Γ in Z: *vt* ζέρεθρον *pro* βέρεθρον, φύζη *pro* φυγή.
- Semiuocales: *Duplex σσ in Ξ: vt,* διξά *pro* δισσά, *teste Grammatico.*

**B.** Specialius *tam examinâda sunt ea quæ hucusq; generatim à nobis secundum literarū affectiones dicta sūt: atq; adeo in singulis orationis partibus Ionū proprietates declarãdæ & ob oculos discentium euidêter collocandæ sunt. Ergo*

- ARTICVLVS *hæc ferè propria habet*
  - Articuli *fœminini generis in secunda, masculini & neutri in tertia declinatione, eandem cum nominibus recipiunt dialectorum varietatem: vt,* τῇσι *pro* ταῖς, τοῖσι *pro* τοῖς, ἁ *pro* ἡ. *Nicander* τέων *dicit pro* τῶν, *seu* ὧν *masculino, quod tamen, teste Caninio non probatur Grammaticis. Nisi dicere velimus ad exemplum primæ & secundæ declinationis nominum in genitiuo plurali accipere ε.*
  - Postpositiuo *Articulo præfigunt Iones literam τ exceptis nominatiuis* ὅς *&* ἥ: *vt,* τοῦ *pro* οὗ, τῆς *pro* ἧς, τούς *pro* οὕς. *Nisi, quod iam dictum est ex Io. Grammatico, velimus Ionas nonnunquam præpositiuo articulo vice postpositiui vti. Præfigunt etiam genitiuo* οὗ *vocalem O: vt apud Homerum* ὅου *pro* οὗ.
  - Compositiui *Articuli* ὅστις *nonnullos casus aliter, quàm consuetum est formant Iones:* ὅτεο *dicunt pro* ὅτου, ὅτεῳ *pro* ὅτῳ, ὁτέων *pro* ὧντινων, ὁτέοισι *pro* ὅτοις. ἅσσα *pro* ἅτινα, *ait Eustathius.*
- NOMEN *vid像 diuersum est ratione*
  - Deriuationis. *Nam*
    - Comparatiua *nonnulla formant Iones præter vsum communem & Atticorum in*
      - ιστερος, *& superlatiuum in* ιστατος, *cum prius esset vel* οτερος: *vt,* δικαιέστερος *pro* δικαιότερος. *Vel* αιτερος: *vt,* πλησιέστερος *pro* πλησιαίτερος. *Vel* ων: *vt,* ῥαδιέστερος *pro* ῥᾴδιον. *Vel tandem secundum Atticos* ιστερος: *vt,* ἀκρατέστερος *pro* ἀκρατίστερος.
      - ιτερος, *cùm prius esset* ιστερος: *vt,* ῥηΐτερος *pro* ῥαδιέστερος. *Nam Iones positiuum communem* ῥᾴδιος *resoluunt in* ῥηΐδιος. *Ab hoc regulariter formaretur comparatiuum* ῥηϊδιότερος. *Iones autem per Syncopem dicunt* ῥηΐτερος, *& in superlatiuo* ῥήϊστος *pro* ῥᾷστος.
      - εων, *vbi Attici* ειν *& communes* ιον *dicebant: vt,* πλέων *pro* πλεῖν, *&* πλίον.
    - Denominatiua, *& inter hæc Numeralia Iones quoque per metaplasmum suo modo efferunt: vt,* τέσσερες *pro* τέσσαρες, τριήκοντα *pro* τριάκοντα, *& sic de cæteris,* ὀγδώκοντα *pro* ὀγδοήκοντα.
    - Possessiua *nonnulla Ionico more amittunt iota, teste Corintho: vt,* ἀργύρεος *pro* ἀργύρειος, χρύσεος *pro* χρύσειος.
    - Patronymica *Iones vel*
      - Consueta *mutant. Quæ enim desinebant in* δης, *illi vel per* ων *efferunt: vt,* κρονίων *pro* κρονίδης, πηλείων *pro* πηλείδης.
      - Noua *formant ex desinentibus in* ων: *vt,* πηλειωνίδης *pro* πηλείων.
  - Generis. *Etenim*
    - Substantiua *masculina in fœminina vertunt Iones, seruata terminatione: vt,* ἡ κίων *pro* ὁ κίων, *columna: vel mutata: vt,* ἑταῖρος *pro* ἑταίρα: *ait Grammat. & Corinthus.* τοῖσι δὲ τερπομένοις μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν. *Ait Etymol. in voce* ἵππος· ἱστέον ὅτι οἱ Ἴωνες πάσας τὰς ἀγέλας ἐκθηλύνουσι τῇ προσφορᾷ, τὰς ἵππους καὶ τὰς ὄνους, καὶ τὰς βοῦς λέγοντες *Eustathius scribit Atticis cum Ionibus commune esse, vt fœmininum genus pro masculino vsurpent: Iones tamen non mutare terminationem.*
    - Adiectiua *in* ος *apud Ionès fiunt generis communis: vt,* κλυτὸς ἱπποδάμεια, *pro* κλυτή. *Quinetiam Fœminina masculinorum in* ος *vel* ρος, *mutantur in* η: *vt,* ἁγίη *pro* ἁγία, αἰθηρὴ αἰθηρά.
  - Numeri. *Numerorum dualium diligentem habent rationem Iones, teste Io. Grammatico.*
  - Declinationis, *quæ à communi forma diuersa est, ratione tum*
    - Terminationis *quæ desinunt apud Iones vel in*
      - Αια *ex* η: *vt,* σελήναια *pro* σελήνη.
      - Αιη *ex* η: *vt,* ἀθλιαίη *pro* ἀθλίη.
      - Ας *ablato finali* ος: *vt,* Νικόλας *pro* Νικόλαος, Μενέλας *pro* Μενέλαος.
      - Αμος *ex* εις: *vt,* οὐδαμός *pro* οὐδείς *in omnibus casibus: in plurali* οὐδαμοὶ *pro* οὐδένες, μηδένες, *quibus oratores etiam vtuntur.*
      - Ευς *ex* ος: *vt,* υἱεύς *pro* υἱός. *Hoc ab aliis tribuitur Atticis.*
      - Λος *ex* λυ: *vt,* πολλὸν *pro* πολύ. πολλὸς *pro* πολύς.
      - Ηρ *ablato finali* ος: *vt,* ἱέρηξ *pro* ἱέρηξος, *amabilis.*
    - Casuum *vt dicetur folio seq. sign.* †
- Reliquæ *partes orationis.* Pronomen *signo G.* Verbum *signo H.* Participium *signo I.* Aduerbium & Coniunctio *signo K.*

*** Ionum proprietas in Declinationibus obseruanda est tum**

**Simplicibus:**

**Prima:**

- Iones in toto singulari numero & datiuo plurali primæ simplicium mutant α in η, exceptis ijs nominibus, quæ Dorica sunt, in ας desinentia: Vt, αἰνείης pro αἰνείας, αἰνείῃ pro αἰνείᾳ, αἰνείαν, αἰνείην. In datiuo plurali ταμίῃς, αι mutato in η. In Doricis nominibus hoc non vsu venit, quia antea sunt versa ex ης in ας: Vt, λῃστᾶς pro λῃστής.
- Genitiuus singularis Ionicè desinit in εω, cum accētu in antepenultima: Vt Βορέεω pro Βορέου. Io. Grammaticus ait, Omne ης, cuius genitiuum in ου desinit format eum per εω.
- Accusatiuus singularis Ionicè desinit in εα: Vt, αἰνείεα pro αἰνείαν, ποιητέα pro ποιητήν.
- Genitiuus & Accusatiuus pluralis per epenthesin Ionicam accipiunt ε: Vt, ταμιέων pro ταμιῶν, ταμιέας pro ταμίας.
- Datiuus pluralis αι mutat Ionicè in η, assumpto nonnunquam per paragogen ι: vel retento αι, eandem recipit paragogen, hoc est, desinit Ionicè in ῃς vel ῃσι, vel αισι: Vt, ταμίῃς pro ταμίαις, ἀλφηστῇσι pro ἀλφησταῖς, λῃστῇσι pro λῃσταῖς.

**Secunda:**

- Iones in secunda simplicium α passim mutant in η: Vt, μάλιστα pro μάλιστα, γεφύρη pro γέφυρα, γεφύρης, γεφύρῃ, &c.
- Genitiuus & Datiuus plurales formantur Ionicè, vt in prima declinatione: Vt, ἀρετέων pro ἀρετῶν, ἀρετῇς pro ἀρεταῖς, &c.

**Tertia:**

- Genitiuum singularem resoluunt Iones in οιο: Vt, λόγοιο pro λόγου.
- Genitiuus & Datiuus dualis inter οι & ν assumit Ionicè iota: Vt, λόγοιιν pro λόγοιν.
- Datiuo plurali addunt Iones ι per paragogen: Vt, λόγοισι λόγοις.

**Quinta:**

- Barytona in ις & υς Ionicè declinantur purè duntaxat: Vt, ἔρις ἔριος, non ἔριδος, χάρις, χάριος, χάριι, χάριν.
- Genitiuum pluralem Iones in quibusdam formant, vt in prima declinatione: Vt, χειρέων pro χειρῶν, ποσσιδέων pro ποσσιδῶν.
- Datiuum pluralem Iones ducunt à nominatiuo plurali addendo σι, & in neutris insuper α mutando in ε: Vt ἄνδρες, ἀνδρεσσι, ἔπεα ἐπέεσσι.

**Contractis**, in quibus notandum est, Iones malle vti non contractis casibus, idque in omnib. speciebus. Ergo dicunt ἀληθέως pro ἀληθῶς, ὄφιι pro ὄφι, βασιλέϊ pro βασιλεῖ, νόος pro νοῦς, ῥόος pro ῥοῦς, &c. Versus primus primi Iliados est, μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος: in quo rectè obseruat Gualtperius, nulla necessitate πηληϊάδεω dici pro πηληϊάδου, prima simplicium, quandoquidem in scansione δεω contrahitur per συνίζησιν in δω. Notanda tamen quædam sunt in singulis speciebus declinationum, in

**Prima,** Iones nonnunquam ex genitiuo contracto nominum in κλῆς desinentium formant alium genitiuum, & ex eo cæteros casus: Vt, ἡρακλέης Hercules, & contracta terminatione ἡρακλῆς. Hoc genitiuum habet ἡρακλέεος, quem duobus modis contrahit: primo εο in ευ: Vt, ἡρακλέευς, pro ἡρακλέεος: secundo εε in η: Vt, ἡρακλῆος pro ἡρακλέεος. Ab hoc posteriore contracto genitiuo formant Iones alium, η in ει resoluendo, vel saltem ι per epenthesin assumendo: Vt, ἡρακλεῖος pro ἡρακλῆος, in datiuo ἡρακλεῖι, &c. Sic Antesignanus.

**Secunda,**

- Mutant Iones penultimum ι in η nonnunquam: Vt πόληος pro πόλιος, πόληϊ pro πόλιϊ, πόληα pro πόλιν, πόληες pro πόλιες: nonnunquam in ε: Vt, πόλεος pro πόλιος, πόλεες pro πόλιες. Hoc est quod dicit Corinthus, in ος desinentes genitiuos, à rectis in ις factos, Iones per ιος proferre: Vt, ὄφις, ὄφιος, πόλις, πόλιος.
- Contrahunt Iones ιι & ιε in iota, Corintho teste: Vt ὄφις pro ὄφιες, ὄφιες. Ait Crusius: In Ionica declinatione etiam Nominatiua terminatio dualis contrahitur: Vt, ὄφιε, ὄφι: quod aliàs Atticorum est.
- Datiuum pluralem à nominatiuo formant Iones, vt datiuum quinta simplicium: Vt, ὀφίεσσι pro ὄφεσι, à plurali Ionico ὄφιες.

**Tertia,**

- Penultimum ε in omnibus casibus, excepto nominatiuo singulari Ionice mutatur in η: Vt βασιλῆος pro βασιλέος, βασιλῆες pro βασιλέες, & in datiuo plurali βασιλῆσι pro βασιλεῦσι, abiecto etiam υ. Veteres tamen Iones, teste etiam Antesignano, ε in ει vertebant: Vt, βασιλεῖος pro βασιλέος.
- Datiuum pluralem à nominatiuo quandoque formant Iones, vt datiuum quinta Simpl. Vt, βασιλήεσσι, à βασιλῆες.

**Quarta.** Accusatiuum in ω desinentem, Iones mutant in ουν: Vt, λητοῦν pro λητώ.

**Quinta,** Iones ex obliquis detrahunt τ literam: Vt, κέραος pro κέρατος, κέραϊ pro κέρατι.

**Oligopathon,** Iones in accusatiuo singulari, nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali ν abijciunt: Vt, μείζονες, Ionice μείζοες, vnde Atticum contractum μείζους.

**G**

**IN PRONOMINE** *Iones suis quoque primatis gaudent loquendi modis:*

- Quæ more secunda & tertia declinationis simplicitius declinantur pronomina, iisdem modis variant Ionicè: Vt, ἐμέο pro ἐμοῦ, σέο pro σοῦ, οἷο pro οὗ, ἑοῖο pro ἑοῦ, ἡμοῖσι pro ἡμεῖς, ἡμετέρῃσι pro ἡμετέραις, &c.
- Syllabas circumflexas in Primitiuis, ἐγώ, σύ, οὗ, diuidunt Iones, ευ in εο, εις in εες, ων in εων, ας in εας: Vt, ἐμέο pro ἐμοῦ, σέο pro σοῦ, ἕο pro οὗ, ἡμέες pro ἡμεῖς, ὑμέες pro ὑμεῖς, σφέες pro σφεῖς, ἡμέων pro ἡμῶν, ὑμέων pro ὑμῶν, σφέων pro σφῶν, ἡμέας pro ἡμᾶς, σφέας pro σφᾶς. Additur quandoque iota ad ε: Vt, ἐμεῖο, σεῖο, εἷο, ἡμείων, ὑμείας, σφείας, &c. quod Antesignanus esse dicit: alij Ionibus relinquunt.
- Reciprocum οὗ, in datiuo Ionicè habet ἑοῖ pro οἷ, in accusatiuo ἓ pro ἕ, in datiuo plurali σφὶ vel σφὶν pro σφίσι.
- Οὗτος, Αὕτη, Αὐτὸς & eorum Composita ante vocalem longam vel diphthongum terminalem, admittunt perepenthesin Ionicam ε, in αὐτὸς quandoque mutatà Ionicè αυ in ωυ: Vt, τούτεω pro τούτῳ, τούτεο pro τούτου, τουτέων pro τούτων: αὐτέη pro αὐτῇ, ταυτέης pro ταύτης, αὐτέων pro αὐτῶν, αὐτέοις pro αὐτοῖς: ωὐτέω pro αὐτῷ, ωὐτὸς pro αὐτός: ἐμεωυτὸν pro ἐμαυτοῦ, ἑωυτοῦ pro ἑαυτοῦ, &c.
- Ἐκεῖνος secundum nonnullos Ionicè habet κεῖνος: quod alij tribuunt Aeolis, alij Poetis.

**H**

**VERBORVM** *Ionica proprietates, in eorum accidentibus consideranda sunt, in*

- **Thematum.** Iones verbis contractis secunda circumflexorum per epenthesin immittunt ε: Vt, ὁρέω pro ὁρῶ, ex ὁράω, μνεώμενος pro μνώμενος. Annotat etiam H. Stephanus in Thesauro, ὑπνέω Ionicum esse pro ὑπνῶ, ex ὑπνέω, quod tamen etiam pro Poetico habentur.
- *Coniugatione in qua ratio habenda est*
  - **Temporum** reliquorum. Eorum enim varietates cum plures sint, nūc omnibus speciebus coniugationum, nunc aliquibus visitata, nec omnes & singulas, in discentium gratiam, Methodi ἀκριβείας neglecta, per sola genera & eorum modos & tempora enumerabimus: sub quibus, si qua singularum coniugationum fuerint proprietates, facilè deprehendentur. Heic ergo iam nunc considerabimus tum
    - **Initium** Verborum: ipsum scilicet AVGMENTVM: quod Iones vel
      - **Tollunt:** Iones augmenta verborum tollunt: Vt, τίκτε pro ἔτικτε, τύπτε pro ἔτυπτε. Hoc adeò est familiare Ionibus, vt sæpius Plusquamperfecto, aliisque temporibus, quæ plura habent augmenta, tollant omnia: Vt, δείκτο, pro ἐδέδεικτο, δέδεικτο, ἐδέδεικτο: δέικτο pro ἐδέδεικτο, δέδεικτο: βλῆσθαι pro βεβλῆσθαι, βλήμενος pro βεβλημένος. Ita quoque detrahunt augmenta temporalia. Hinc aliqui diphthongos αι & οι ab Ionibus non mutari volunt: Vt, αἰτέω, αἴτεον, αἴτηκα, αἴτηκα: οἰκέω, οἴκεον, οἴκηκα, οἴκηκα. Quod etiam fit in Passiua voce αἴτημαι, οἴκημαι &c.
      - **Addunt, vbi**
        - **Non deberent.** Iones multis temporibus, eorum modorum, quibus non conueniunt, addunt persæpe augmenta: Vt in Præsenti Indicatiuo κέκλυτε dicunt pro κλῦτε: in Futuro πεπιθήσω pro πιθήσω: in imperatiuo κέκλυθι pro κλῦθι à κλῦμι, τέτλαθι pro τλᾶθι à τλῆμι: in Coniunctiuo λελάχωσι pro λάχωσι: in Infinitiuo, δεδοικέναι pro δεικνάναι, λελαβέσθαι pro λαβέσθαι, &c.
        - **Deberent** quidem, sed tamen per consuetudinem duplicant. Ergo, Iones quandoque repetunt primam literam præsentis: quandoque Atticam anadiplosin vsurpant: Vt, τέτυπεν pro ἔτυπεν, εἴλεω pro ἴλεω ex εἶμι: ἀραίρηκα pro ᾕρηκα, ex αἱρέω: vnde participium ἀναραιρηκώς, quo vtitur Herodotus in Terpsichore. Sic ἐρήρυγμαι pro ἤρυγμαι, ἠμήμυκα pro ἤμυκα, ab ἠμύω.
      - **Mutant:**
        - **Quod** Atticorum est, hoc Etymologus Ionibus tribuit, vt augmenta λε & με mutent in ει: Vt, εἵμαρμαι pro μέμαρμαι, εἴληφα pro λέληφα.
        - **In** verbis ab ε incipientibus Iones assumunt pro augmento iota, non solùm in iis thematibus quæ communia sunt, sed & in aliis nonnullis: Vt, εἰργάζετο pro ἠργάζετο, ab ἐργάζω. Quanquam fateatur Corinthus, præsens quoque Ionicum esse εἰργάζω, quod apud Herodotum & alios legatur.
    - **Finem:** sub quo non solam terminationem, sed & penultimam, quæque post augmentum leguntur alia comprehendimus. Heic autem Generatim à primo notamus, quod, Iones non solas circumflexorum verborum terminationes sine crasi eloquuntur: sed etiam cæterarum coniugationum quæuis tempora circumflexa resoluunt, inserto per epenthesin ε: Vt, ποιέω dicunt pro ποιῶ, ποιέεσθαι pro ποιεῖσθαι, ἰχθύεον pro ἰχθύων, χρυσόεν pro χρυσοῦν. βοέω item pro βοῶ quamuis hoc rarius agant in secunda circumflexorum: ἐρέω pro ἐρῶ futuro primo verbi εἴρω: τυπέω pro τυπῶ verbi τύπτω: τυπέοιμι pro futuro 2. Optatiuo τυποῖμι: ταγέειν pro ταγεῖν Aoristo 2. Infinitiuo: ταχθέω pro ταχθῶ, ταγέω in ταγῶ, qui sunt Aoristi Coniunctiuo voce Passiua: τιθέω pro τιθῶ, θεῶ pro θῶ, ἱστέω pro ἱστῶ, στέω pro στῶ, δέω pro δῶ, ἱέω pro ἱῶ, quæ omnia coniunctiua sunt verborum in μι, τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, ἵημι, &c. Has generatim: iam ad Speciales proprietates, Vide sign. L.
- **Figura.** Ait Io. Grammaticus: Composita verborum proferunt Iones per consonantes tenues: Vt, κατορῶ, κατορᾶς, κατορᾷ pro καθορῶ, &c.

L. Temporum ergo Ionicè formatorum ratio obseruanda est in Genere.

- PASSIVO & Medio, de quibus signo M.
- ACTIVO: & eidem modo
  - Indicatiuo. Cuius tempus
    - Præsens est:
      - Ad tertiam singularem adijciunt Iones syllabam σι, & ει mutant in η, Aeolum more: vt, ἐρίθησι pro ἐρέθει. Hanc formam loquendi, qua delectatus est Ibycus, Ἰβύκειον σχῆμα vocat Eustathius.
      - Reduplicatio verborum in μι apud Ionas fit per ι: vt, τίθημι pro τίθημι, ἵστημι pro ἵστημι, ἵημι pro ἵημι, vnde ἵεμαι & ἵεμαι: τίθνημι morior, à θνέω.
      - Tertia pluralis verborum in μι resoluitur Ionicè, ponendo α ante σ, & abijciendo è diphthongo si adsit subiunctiuam: vt, τιθέασι pro τιθεῖσι, ἱστάασι pro ἱστᾶσι, διδόασι pro διδοῦσι, ζευγνύασι pro ζευγνῦσι, ἴασι pro εἰσι, ἱεῖσι pro ἱεῖσι.
    - Imperfectum:
      - Tertia singularis Imperfecti & Aoristi vtriusque omnium coniugationum, formatur Ionicè à secunda, addendo κε, & augmentum abijciendo, penultima correpta, longis scilicet vocalibus in breues mutatis, & è diphthongis posteriori sublata: vt, τύπτεσκε pro ἔτυπτε, τίθεσκε pro ἐτίθει, ποιέεσκε pro ἐποίει, στάσκε pro ἔστη. Quamuis autem hoc idem fieri dicant Caninius & alij nonnulli, in reliquis personis, non tamen illum, nisi ex Poetis exempla proferri posse, sunt qui contendant.
      - Prima & tertia singularis nonnullorum verborum in μι Ionicè desinunt in εα & ει, vt plusquamperfectum: vt, ἐτίθεα pro ἐτίθην, ἐτίθει pro ἐτίθη. Sic εἰμὶ habet ἔα & ἔην pro ἦν prima & tertia persona. Pro poetico etiam ἦες, ἦς, à prima persona ἦν, Iones dicunt ἔας pro ἦς.
    - Perfectum: Characteristicam literam κ extetunt Iones, & longam antecedentem corripiunt: vt, βέβαα pro βέβηκα, ἕστεα pro ἕστηκα. Nonnunquam tamen longam retinent: vt, κεκότηα pro κεκότηκα, κεχάρηα pro κεχάρηκα: nisi poeticum sit.
    - Plusquamperfectum: Primam in ειν vertunt Iones in εα, tertiam ει, in εε: vt, ἐτετύφεα pro ἐτετύφειν, ἐτετύφεε pro ἐτετύφει. Pro ειν autem dicitur ηα, teste Eustathio: qui etiam obseruat εα rursum contrahi ab Ionibus in η: vt, εἰρήκεα, εἰρήκη: Tertia autem in ει adiungi ν: vt, εἰρήκειν εἰστήκειν, quod rursum contrahatur in ει: vt, εἰρήκειν pro εἰρήκει, εἱστήκειν pro εἱστήκει. Vnde apud Homerum, ἠσκειν εἴρια καλά, pro ἤσκει, in 3. Iliad. Sic ᾔδειν pro ᾔδει.
    - Aoristus vterque in tertia singulari formatur ab Ionibus, vt dictum est in Imperfecto: vt, τύψασκε pro ἔτυψε, τύπεσκε pro ἔτυπε, ποιήσασκε pro ἐποίησε, δόσκε pro ἔδωκε, δόκασκε pro ἔδωκε.
    - Futurum primum:
      - Ad tertiam singularem addunt Iones per paragogen ιν: vt, τύψειν pro τύψει.
      - Quintæ coniugationis circumflexum resoluunt Iones: vt, ἐρέω pro ἐρῶ, νεμέω pro νεμῶ.
      - Vnum est verbum ἔρδω Ionicum, quod futurum habet ἔρξω. Fit enim à ῥέζω, ῥέξω, & per metathesin ἔρξω.
    - Futurum secundum resoluunt Iones: vt, λυπέω pro λυπῶ, λυπέομαι pro λυποῦμαι.
  - Subiunctiuo: Tertiis personis singularibus subiunctiuorum, sæpe addunt Iones σι vel σιν sequente vocali: vt δῶσι pro δῷ. Quidam iota non subscribunt, διδῶσι pro διδῷ. τύπτῃσι pro τύπτῃ, ποιῇσι pro ποιῇ. Quod si circumflexam terminationem resoluant, vt initio dictum est, terminant in ῃσι: vt, ποιέῃσι pro ποιῇ, τιθέῃσι pro τιθῇ. Varinus annotat Atticam hanc esse in subiunctiuis paragogen & nominatam fuisse Ἰβύκειον, quod ea inprimis Ibycus vteretur.
  - Infinitiuo:
    - Huius tempora omnia, excepto Aoristo primo, formant Iones, vt Attici, eo solum discrimine quod αι non adiiciant: vt, τυπτέμεν pro τύπτειν, πεποιηκέμεν pro πεποιηκέναι, θέμεν pro θεῖναι.
    - Perfectum Infinitiui formant Iones à perfecto actiuo, sublato etiam κ: vt, τεθνάναι à τέθνεα, pro τεθνηκέναι: ἑστάναι ab ἕστεα, pro ἑστηκέναι: βεβάναι à βέβαα pro βεβηκέναι.

M. Reliqua

# IONICA.

**M. Reliqua genera sunt**

**PASSIVUM, cuius considerandus est Modus**

**Indicatiuus:**

- Nonnulla Verba in μι in Passiuo genere apud Iones vocalem longam seruant, Atticorum more: vt, ἔρημαι pro ἔραμαι, ὄνημαι pro ὄναμαι.
- Secunda persona Singularis aliquot temporum, Præsentis, Imperfecti Futurorum trium, Subiunctiui item, formatur a tertia eiusdem numeri, ex vltima Syllaba detracto τ: vt, τύπτεαι pro τύπτῃ, ἐτύπτεο pro ἐτύπτου. ταχθήσεαι pro ταχθήσῃ. ταγήσεαι pro ταγήσῃ. τετάξεαι pro τετάξῃ, ἐτίθεο pro ἐτίθεσο, ab ἐτίθετο: τεθνήσεαι pro τεθνήσῃ à τεθνήσεται: ἵσταο pro ἵστασο, ab ἵστατο: ἐδίδοο pro ἐδίδοσο, ab ἐδίδοτο: ἐζεύγνυο pro ἐζεύγνυσο, ab ἐζεύγνυτο: βοάαι, vel βοᾶαι, α in η mutato ex βοάται pro βοᾷ. Dicunt alij secundam personam Imperfecti in ου circumflexum resolui Ionicè in εο: vt, ἐτύπτεο pro ἐτύπτου. Est tamen prior datus canon generalior, etiam eas secundas comprehendens quæ non desinunt in ου circumflexum.
- Prima pluralis desinens in μεθα omnium temporum & modorum, ad θ per epenthesin acquirit Ionicè σ: vt, τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα, ἐποιεύμεσθα, pro ἐποιούμεθα τιθέμεσθα pro τιθέμεθα.
- Tertia persona pluralis præteriti Perfecti & Plusquamperfecti omnium coniugationũ formatur à tertia singulari vt apud Atticos dictum est: vt, τετύφαται pro τετυμμένοι εἰσί, ἐψάλαται pro ἐψαλμένοι εἰσί, ἐπεποιέατο pro ἐπεποίηντο. Addit Antesignanus, in quinta Coniugatione non inueniri hanc Ionicam personam, nisi Verbum desinat in λω & ρω, vbi λ & ρ manentibus α & ρ adspiratur, vt quibusdam placet: vt, ἐσπάραται, seminati sunt. Herodotus in Plusquamperf. pro ἐστάλατο dixit ἐστάλδατο, per pleonasmum syllaba δα. Neque enim inuenitur in Verbis sexta quæ ante ται habent σ.

**Imperatiuus:** Secundam syllabam Imperatiui Passiui desinentem in ου Iones resoluunt in εο: vt, τύπτεο pro τύπτου φείδεο pro φείδου. Desinentem autem in σο per Syncopen minuunt, abiecto σ, & fit in Verbis in Μι vt, τίθεο pro τίθεσο ἵσταο pro ἵστασο, δίδοο pro δίδοσο, ζεύγνυο pro ζεύγνυσο.

**Optatiuus: Nam**

- Prima pluralis in μεθα, acquirit Ionicè σ: vt in Indicatiuo: vt, τυπτοίμεσθα pro τυπτοίμεθα.
- Tertia pluralis in ντο desinens, loco ν abiecti, acquirit α: vt, τυπτοίατο pro τύπτοιντο: ταχθησοίατο pro ταχθήσοιντο.

**Subiunctiuus. Nam**

- Secunda singularis præsentis formatur à tertia, apud Iones, vt in Indicatiuo: vt, τύπτηαι pro τύπτῃ.
- Prima pluralis in μεθα acquirit Ionicè σ, more temporum Indicatiui: vt, τυπτώμεσθα pro τυπτώμεθα.

**Infinitiuus Hic**

- Diphthongus ει prima circumflexorum nonnunquam resoluitur Ionicè in εα: vt apud Hesiodum ἐξαλέασθαι pro ἐξαλεῖσθαι, ἀπολέασθαι pro ἀπολεῖσθαι.
- Aoristus vterque Ionicè desinit in μεν abiecto αι ab Attica formatione: vt, ταχθῆμεν pro ταχθῆναι, ταγῆμεν pro ταγῆναι, σταθῆμεν pro σταθῆναι.

**MEDIUM: enim Ionica variationes eadem sunt, cum Actiuo & Passiuo genere, quatenus cum iis terminationum debita proportione conueniunt. Nos carptim perstringemus omnia, vel saltem pleraque.**

- Secunda singularis Medij generis Indicatiui & Subiunctiui modi formatur Ionicè à tertia, abiecto τ, vt dictum est in præsenti Indicatiuo passiuo: vt τύπτεαι pro τύπτῃ à τύπτεται, ἐτάξαο pro ἐτάξω, ab ἐτάξατο. τύπτηαι pro τύπτῃ, à τύπτηται. In hoc verò genere eodem pacto formatur secunda Aoristorum modi Subiunctiui: vt, τάξηαι pro τάξῃ, τάγηαι pro τάγῃ.
- Prima pluralis in μεθα Indicatiui, Optatiui & Subiunctiui, acquirit σ, vt in Passiuo: vt, τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα, ταξάμεσθα pro ταξάμεθα, &c.
- Tertia singularis, vt & prima Plusquamperfecti Indicatiui Ionicè desinunt in εα & εε, vt in Actiuo: vt ἐτετάγεα pro ἐτετάγειν, ἐτετάγεε pro ἐτετάγει.
- Futurum secundum circumflexum Iones resoluunt: vt, ταγέομαι pro ταγοῦμαι ταγέεσθαι pro ταγεῖσθαι.
- In Imperatiuo secundam in ου, vel Verborum in μι in σο desinentem Iones efferunt, vt in Passiuo dictum est: vt, τάττεο pro τάττου, ἵσταο pro ἵστασο.
- In Optatiuo tertia pluralis in ντο desinens formatur, vt in Passiuo: vt, ταττοίατο pro τάττοιντο, ταξαίατο pro τάξαιντο.
- In Infinitiuo, Præteritum perfectum Attico more formatur, sed tamen neglecto αι: vt, τεταγμένον pro τετάχθαι.
- Verbi εἰμι Perfectum εἶα, & ἦα Ionicè habet ἔα: & Plusquamperfectum ᾔειν, Ionicè habet ᾔεα, vt ἐτετάγεα.

**I.**

PARTICIPII *Ionici eadem est ratio, quæ Nominum, quæ Verborum, quatenus cum his declinationum & coniugationum similitudine conuenit. Ergo ratione*

- Nominis. *quæ secundæ & tertiæ declinationis sunt participia, eodem, vt illa, modo declinantur:* vt τετυμμένοιο pro τετυμμένου, λελαμμένοισι pro λελαμμένοις.
- Verbi. & illius tum
  - Initij. *Participia quoque augmenta vel abiiciunt:* vt βλήμενος pro βεβλημένος: *vel præter vsum communem acquirunt:* vt, κεκαμών *Aor. 2. pro* καμών, πεπαλών *pro* παλών.
  - Finis vel etiam Penultimæ.
    - Participia *circumflexa eodem modo, vt verba, resoluuntur Ionicè:* vt, ταγέων *pro* ταγῶν, λυπεόμενος *pro* λυπούμενος: *in secunda quoque circumflexorum* χρεώμενος *pro* χρώμενος, ὁρμεόμενος *pro* ὁρμώμενος. *Ita verbum substantiuum* ὤν, οὖσα, ὄν, *Ionice habet* ἐών, ἐοῦσα, ἐόν.
    - Perfectum *formatur Ionice à perfecto actiuo, omisso κ: vt,* ἑστεώς *pro* ἑστηκώς: βεβαώς *pro* βεβηκώς.
    - Participio εἰπεῖν, *ait Corinthus, non vtuntur Iones, sed solo* εἴπας: *vt,* τύψας.
    - Futurum *medium* τυψόμενος, *Iones faciunt* τυπσούμενος, *vt Dores, teste Caninio.*

**K.**

In *Reliquis orationis partibus pauca obseruantur, quæ Iones peculiaria habent: In*

- ADVERBIO:
  - Ea *quæ descendunt à genitiuis pluralibus contractis primæ coniugationis in ης & ες, Ionice resoluunt:* vt, ἀληθέως *pro* ἀληθῶς, αἰσχρέως *pro* αἰσχρῶς.
  - Δεῦρω *dicunt Iones pro* δεῦρο, *vltima producta.*
  - Οὕτω *sequente vocali apud Ionas non recipit σ: vt apud Herod.* οὕτω ἀπέστως.
- Coniunctione, *Iones* α *in* ω *mutant:* vt, ὦν *pro* ἂν, γῶν *pro* γᾶν.

**D.**

Audiuimus *hactenus, quæ sint vnius dictionis Ionicæ affectiones. Iam quæ duarum sint, aut plurium videndum est, ratione cum*

- Ortographiæ *si diuersitas aliqua in scriptis & pronunciatis literis obseruatur. vt diuersa voces vel*
  - Disiungantur, *cum iuncta esse deberent simulque vel*
    - Intercedat *aliquid, estque Tmesis vel Hyperbaton:* vt, ἐξ ὧν ἕλον *pro* ἐξεῖλον. *Consueuerunt enim Iones* ἂν *redundans inter verbum & præpositionem inserere. Sic* λῦσε κατὰ ταῦρον ἰδ᾽ ἡδέως, *pro* καλὸς ἡδέως. *Item* κατὰ δ᾽ ἔκλαιεν Ἠετίωνα, *pro* κατέκλαιεν.
    - Nihil *intercedat:* vt, πέλοπος νῆσος *pro* πελοπόννησος: αἶγα ἄγειν *pro* αἰγάγειν: ἄγχειν ἔλαιον *pro* ἀγχέλαιον: ὁ ὦρα δὲ αἱρέεσθαι *pro* ἀφαιρέεσθαι.
  - Coniungantur *disiungenda: per contractionem: quæ fit vel*
    - Simpliciter Vocalium
      - ΙΟ *in* Ω: vt, θὦπλα *pro* τὰ ὅπλα.
      - ΟΑ *in* Ω: vt τὤγαλμα *pro* τὸ ἄγαλμα. ὤνθρωπος *pro* ὁ ἄνθρωπος, *quod alij tribuunt Atticis.*
      - ΟΕ *in* Α: vt, ἅτερος *pro* ὁ ἕτερος.
      - ΩΑ *in* Ω: vt, ὦναξ *pro* ὦ ἄναξ.
    - Mixta
      - Vocalium & *Diphthongorum:* vt, ΟΑΥ *in* ΑΥ: vt, ὡυτὸς *pro* ὁ αὐτός.
      - Diphthongorum & Vocalium
        - ΟΙΑ *in* Ω: vt ὤνθρωποι *pro* οἱ ἄνθρωποι.
        - ΟΙΕ *in* Α: vt, ἅτεροι *pro* οἱ ἕτεροι.
        - ΟΥΕ *in* Α: vt θατέρου *pro* τοῦ ἑτέρου.
        - ΟΕ *in* Α: vt, θατέρῳ *pro* τῷ ἑτέρῳ.
- Syntaxeos. *Iones appellatos fuisse μακρολόγους, quod longiore vterentur verborum ambitu testatur Cæl. Rhodig. lib. 28. c. 4. Est autem in ipsa orationis structura notanda Ionibus vsitata*
  - Redundantia *vel Pleonasmus Articuli, Pronominis, aliarumue partium orationis, quod lectio auctorum facile edocebit. Sic* γε, ἄρα, ὦν, τε, *& similia sæpe* παρέλκει.
  - Defectus, ἔλλειψις. *Ita dicunt* μετὰ δὲ *scilicet* τούτων *posthac vel postea:* & πρὸς *scilicet* τούτοις & πρὸς δὲ *scilicet* τούτοις, *præterea, &c.*
  - Enallage
    - Numerorum. *Plurali numero pro singulari frequenter vtuntur Iones: vt apud Herodotum* βεβιώσαμεν *pro* βεβιώσαμεν.
    - Casuum. *Nominatiuum pro Genitiuo instar Atticorum vsurpant Iones: vt apud Homerum,* οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν *pro* τῶν δὲ δύο σκοπέλων.
    - Modorum. *Infinitiuus sæpe apud Ionas Imperatiui vice ponitur: vt,* ἀγορευέμεν *pro* ἀγόρευε, *apud Homerum. Fit hoc inprimis in præceptis, pactionibus & precationis.*
    - Temporum. Nam
      - Imperfectum *sumunt pro Præsenti Iones vt apud Homer. Il. 22.* ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων, *vbi Eustathius annotat* ἔπλεο *vel* ἔπλευ. *Ionice sumi pro* πέλεις.
      - Perfecto *pro Præsenti vtuntur Iones, teste Eustath. vt,* διανενόημαι *pro* διανοοῦμαι.
  - Anastrophe, *vt,* ἐπὶ ἔπι *pro* ἐπὶ ὡς ὄρνιθες *pro* ὡς ὄρνιθες. *Herodotus lib. 4.* ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων, οὔτε τι Σκύθαι λέγουσι οὐδέν, *pro* περὶ ὑπερβορέων δὲ ἀνθρώπων.

**Doriensium** idioma asperius est, vt & Aeolum. Dicti ob id πλατυασμοι, & apud Theocritum mulieres πλατειάσδοισαι ἅπαντα, ob frequentem vsum literæ α. Peloponnesijs vsitatum fuit, Spartanis inprimis, Doriensium nobilissimis: Argiuis item Rhodiis Cretensibus & aliis: qui tamen inter se non penitus consenserunt. Eo etiã sunt vsi Pythagoræi Epicharmus, Pindarus Ibycus, Bacchilides Archytas, Simonides, Theocritus. Nos eius naturam intelligaturi generalissima diuisione considerabimus &

- Voces ipsas tum
  - Vnam duntaxat: quæ à communi vsu diuersa est vel
    - Ex parte solummodo. Considerandum hoc est tum
      - Significationes vocum, quæ peculiares sunt Doriensibus. Ergo ῥῆτρα pactum, conuẽtio, Dorice est lex ὁ νόμος. Φονεῖ, cædes: Dorice ἡ, qui perpetrant digna cæde. Ταὶ, ταὶ dicunt pro τάς. Τά pro ἰτά. Κιχῶ, deturpare. Dorice tradere. Ἄψ iterum: Doricè retro ὀπίσω. Ἐν pro ἐς, ἐν χορὸν pro ἐς χορὸν, vt notat Io. Grammaticus: Ἀνά pro σύν, vt, χρύσεῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, pro σὺν χρύσεῳ: ἄντετον pro σύντετον.
      - Generationis ratione
        - Orthographiæ, quatenus dictio vel
          - Augetur
            - Initio tum Litera B: vt, βληχέα pro ἠλέα. Solent enim Dores β præfigere dictionibus à vocali incipientibus. T: vt, τοὶ pro οἱ, τὼς pro ὥς. X vt, χαλκὸς quasi ἀλκὴ, ait Etymologus. tum Syllaba. Sic nonnũ formant themata per reduplicationem, τετρέχω pro τρέχω.
            - Medio: tum Litera. Ι: vt, πνοΐα pro πνέω, ὀλίγος pro ὀλίγας. Est enim Dorum proprium iota ad o apponere teste Corintho. Υ: vt, ζητεῦω pro ζητέω. Β vt, ἴβα pro ἴα, ἴβαξιν pro ἴαξιν, Grammaticus. Θ: vt, δίχθα pro δίχα, τρίχθα pro τρίχα. Ν: vt ἐρωτῶ pro ἐρῶ. Σ: vt, τυπτόσμεθα pro τυπτόμεθα. Diplasiasmo etiam vtuntur, geminatione nimirum trium consonantium, vt vult Corinthus: vt, ὅττι pro ὅτι, ὀππόθεν pro ὁπόθεν. ὅσσον pro ὅσον. tum Syllaba, Α: vt, ποσείδαον pro ποσειδῶν. Ε: vt, κενεὸς pro κενὸς, ἀεργὸς pro ἀργὸς. Μ: vt, βόμβυξ pro βύξ, Io. Grammaticus.
            - Fine: tum Litera, Ν: vt, ἐγὼν pro ἐγώ. Σ: vt, οἴκαδες pro οἴκαδε. tum Syllaba, Ι: vt, καλοῖσι pro καλοῖς. Γα: vt, ἐγώγα pro ἐγώ. Νη: vt, ἐγώνη pro ἐγώ.
          - Minuitur
            - Initio: tum Litera, Σ: vt, ἦμος pro τῆμος: tum Syllaba, Θε: vt, λῶ pro θέλω, λῆς pro θέλεις.
            - Medio: tum Litera, Ι: vt, σφὲς pro σφεῖς, γράφεν pro γράφειν. Ait Gramm. iota semper detrahunt Dores: secundum Corinthum autem, è materialibus etiam subducunt: vt ἀργύρεος pro ἀργύρειος, χρύσεος pro χρύσειος. Τ: vt, νᾶες pro ναῦς. βασιλεῦσι pro βασιλεῦσι. Δ: vt, παῖς pro παιδός. Θ: vt, ἐσλὸν pro ἐσθλόν. Ρ: vt, ἔμπροσθεν pro ἔμπροσθεν. Σ: vt, ὄπιθεν pro ὄπισθεν. Illius autem loco quandoque asperum spiritum sequenti vocali inscribunt: quod etiam agunt Argiui, Lacones, Pamphylij, Eretrij, Oropij: vt, μῶα pro μοῦσα, μωσικὰ pro μουσική. tum Syllaba, Β vt, ἔμβολον pro ἐμβόλιον, μυθεῖσθαι pro ἐμυθεῖσθαι. ΕΥ: vt, κελεύματα pro κελεύσματα. Μ: vt ὁμάλικος pro ὁμοηλικος, ὁμήγυρες pro ὁμήγυρις. Ο: vt μενέλας pro μενέλαος.
            - Fine: tum Litera, Σ: vt ὁ pro ὅς, tum Syllaba. Α: vt, πὰρ pro παρά. ἂν pro ἀνά. Βα: vt, λὰν pro λᾶαν. δῶ pro δῶμα. Μα: vt, δῶ pro δῶμα. Μεν: vt κεῖ pro κεῖμεν. Τα: vt, κέρα pro κέρατα. Apocope certè Dorum est propria.
          - Mutatur, de quo vide sign. A.
        - Prosodiæ syllabarum nimirum tum
          - Quantitatis. Ergo
            - Productiones ancipitum Dorum sunt propriæ, teste Grammatico, & Corintho: vt ἴσος ἐν αὐτῷ. Sic τὸ ἴσ' ἀρχόμεθα, vt scribit Etymologus, producunt. Vbi tamen ait Corinthus, Ionicè & ipsi corripiunt, vt apud Theocr. τὸν ἴσον εἶναι, & ἴσα τὸ πᾶσιν ὄντι.
            - Corripiunt Dores accusatiuos plurales appellatiuorum in ας desinentes, similiter etiam participia: ideo etiam tonum mutant: vt, νύμφας pro νύμφας, κρίνας pro κρίνας, τόλμας pro τόλμας. πρᾶξας pro πράξας.
          - Spiritus. Solent Dores expuncto sigma in medio, asperum spiritum sequenti vocali adscribere: vt, ποιῆαι pro ποιῆσαι.
          - Toni, quem Dores vel
            - Transferunt in alias syllabas, ex
              - Vltima in Penultimã. Nam
                - Ex Oxytono in ευς masculino Doricè & Aeolicè fit barytonum: vt, βασιλεὺς pro βασιλεύς, ἱππεὺς pro ἱππεύς.
                - Ex Perispomeno faciunt Dores in aduerbiis inprimis Qualitatis, Paroxytonon: vt, σόφως pro σοφῶς, ἄπλως pro ἁπλῶς.
              - Penultima in Vltimam. Ex Paroxytono faciũt Dores Perispomenon, in genitiuis pluralibus, aduerbiis qualitatis, & futuris primis verborum. vt παιδῶν pro παίδων, παντᾶ pro πάντων. οὕτως pro οὕτως, πάντως pro πάντως, τυψῶ pro τύψω, ποιησῶ pro ποιήσω.
              - Antepenultima in Penultimam:
                - Proparoxytona pluralia in οι nomina & participia, Fœminina item pluralia in αι recti casus, & Indefinita in αν & ον desinentia, Doricè fiunt paroxytona. vt, φιλοσόφοι pro φιλόσοφοι. καλυμμένοι pro καλυμμένοι. ὄρνιθες pro ὄρνιθες. ἴσαξαν pro ἴσαξαν. ἐλάβον pro ἔλαβον.
                - Proparoxytona mutant Dores in Properispomena futurorum mediorum. vt, τυψοῦμαι pro τύψομαι.
            - Retinent in eadem syllaba; sed ex Properispomeno faciunt Paroxytonum. vt, χεῖρες pro χεῖρες, νᾶες pro νᾶες.
      - Speciatim: Vide sign. B.
    - Omnino. Habent enim & ipsi quasdam voces peculiares, quales sunt, Αἰωαχυείαι mortuorum parentationes. Ἄῖτος, lucus, Ἀμφὺς pater. Βαίτη, vestis pastoralis. Μύχων, palearum aceruus. Πραξὼ, rorũ gutta, &c.
  - Plures, vel Syntacticè vel Orthographicè cohærentes. Vide sign. C.

# DIALECTVS

4. Mutantur inter se Literæ apud Dores respectu

- **Figuræ pro τῷ στοιχείῳ quatenus mutatur**
  - **Vocalis**
    - **Vna**
      - **A in**
        - E. vt, παῖδε pro παῖδα, ἄτιρος pro ἔτιρος.
        - H. vt σιγλᾶν pro σιγᾶν: nimirum si α natum sit ex contractione αα & αυ vel etiam si fuerit ᾳ ex αει & αυ. Tum enim mutatur in η licet iota subscribendum negligatur.
        - Y, quod Aeoles quoque agunt. vt σύρξ pro σαρξ Etymologus.
      - **E in**
        - A breue. vt γα pro γε, ἄκατον pro ἕκατον, τράχω pro τρέχω, αἶκε pro εἴκε.
        - O. vt, λαβέτ pro λαβε, assumpto insuper ν.
        - Ω vt νωμῶ pro νέμω, quando nimirum verba circumflexa sumuntur pro barytonis: ὤτιρος pro ἔτιρος.
      - **H in**
        - A longum vt. σελάνα pro σελήνη. Et si duo η in duabus syllabis se mutuo sequantur, vtrumque abit Doricè in α: vt, παγάν pro πηγὴν. Quamuis dicat Corinthus primæ coniugationis circumflexorum passiua indefinita corripi in penultima: vt apud Theocritum γαμαθεῖσα pro ζαμηθεῖσα: vbi per penultimam non potest, nisi μα quod ex μη Doricè factum est, intelligi, quod in masculino γαμαθεὶς est penultima. Regula est: In omnibus partibus orationis, cuiuscunque numeri, casus & personæ Dores η in α longum mutare consueuerunt.
        - EE vt φιλεῖτω pro φιλήτω, ait Etymologus.
        - EI vt, τέθειηκα pro τέθηκα Bœoticè.
        - Ω: vt, τῶς μελίσσως pro τῆς μελίσσης, τῷ μελίσσῳ pro τῇ μελίσσῃ.
      - **O in**
        - A: vt εἴκατι pro εἴκοσι.
        - Ω: vt ἀργιφῶντας pro ἀργυφόντας, ἀνδρωφόνος pro ἀνδροφόνος.
        - OY: vt, ζεξοῦμαι pro ζέξομαι.
        - Ω: vt ὤρος pro ὄρος. κῶρος pro κόρος.
      - **Ω in**
        - A productum: vt, πρᾶτος pro πρῶτος. μωσᾶν pro μωσῶν, γελᾶν pro γελῶν. Hinc Crusius ait, se credere ω pronunciatum fuisse per α obscurum.
        - EY: vt, ἠγάπευν pro ἠγάπων, ὁπλεύμενος pro ὁπλόμενος. Hoc raro inquit fieri Caninius.
    - **Plures, nimirum**
      - AE in H: vt ἦξη pro ἄξει. Et licet αει fuerit, tamen in η vocalem abit, iota subscribendo neglecto: vt, βοῦς pro βοάεις.
      - EA in A: vt Θάλας pro Θαλέας: & in H: vt, κρῆς pro κρέας.
      - EO in EY vt, πηλεύς pro πηλέος, ἀρεῦς pro ἄρεος. In verbis passiuis hoc frequens, vbi εο per diæresin ex ου factum est: vt, ἐζετεῦ pro ἐζετέο.
      - OA in Ω vt, βῶξ pro βόαξ.
      - ΩH in A: vt, πρᾶν pro πρώην. Nisi dicamus eliso ω, vocalem η mutatam fuisse in α.
  - **Diphthongus:**
    - A cum iota subscripto. vt & η & ω, impropriæ sono carentes diphthongi Doricè amittunt iota subscriptum, & in simplices vocales abeunt: vt τῷ αἰνεία pro τῇ αἰνείᾳ. Quamuis hoc non ita sit generale, vt non frequenter etiam iota subscriptum retineant.
    - **AY in**
      - A: vt ναῦν pro ναῦν: item in Ω: vt, ὦλαξ pro αὖλαξ.
      - OY: vt, τούτας pro ταύτας.
    - **EI in**
      - A: vt, κλᾶδας pro κλεῖδας, κλᾶξ pro κλεὶς. Quidam enim iota subscribunt.
      - AI: vt αἰ pro εἰ. φθαίρω pro φθείρω.
      - H: vt, ἰδῆν pro ἰδεῖν. πλῆος pro πλεῖος. Et verò non debet esse factum per pleonasmum literæ ι, vt in Ionico ξεῖνος pro ξένος: cum enim non mutatur in η, vt vult Eustathius.
    - EY in OY: vt, ἴασυα pro ἴσευα. Sic ille Scaron: ἴρρες τὰ καλὰ Μινδ[?]ας ἐπίασυα, id est, τέθεικα. Obseruauit hoc Caninius.
    - OI in Ω cum iota subscripto: vt, ποιμενικῷς pro ποιμενικός.
    - **OY in**
      - A: vt, αἰνεία pro αἰνείω, πῶ pro πῶς: & in OI: vt, μοῖσα pro μοῦσα, ἔχοισα pro ἔχουσα.
      - EY, quoties ου venit ex contractione facta in εο vel εα, & quoties in verbis circumflexum habet quamuis non veniat ex contractione. vt, φιλεῦσι pro φιλοῦσι, ἀλιεῦμαι pro ἀλοῦμαι falsam.
      - Ω. vt, ὠρανὸς pro οὐρανὸς, μῶσα pro μοῦσα.
  - **Consonans**
    - **Muta**
      - Π in Φ vt in κῆφα pro κῆπα. ΠΤ etiam in Σ: vt, νίζω pro νίπτω, apud Etymologum.
      - K in T vt. τῆνος pro κεῖνος.
      - **T in**
        - Π. vt, σπάδιον pro στάδιον: in K etiam. vt, πόκα pro πότε, ὅκα pro ὅτε.
        - Δ. vt, Θέμιδος pro Θέμιτος, teste Guillonio, & in N. vt, τετράκις pro τετράκις.
      - B in Δ. vt, ὄδελος pro ὄβελος. & in M. vt μιαιφόνος, εἶον βιαιφόνος, ait Etymologus. & in Z. vt, ζέρεθρον pro βέρεθρον.
      - Γ in Δ. vt δνόφος pro γνόφος, δᾶ pro γῆ. & in Z. vt, φύζα pro φυγή.
      - Δ in Θ. vt, ψύθος pro ψεῦδος. & in Z vt ἀζηχές pro ἀδηχές, Etymologus.
      - Θ in Σ vt, σιός pro θεός. & in X. vt ὄρνιχα pro ὄρνιθα.
      - X in K: vt, κύτρα pro χύτρα, κιτὼν pro χιτὼν teste Io. Grammatico.
    - **Semiuocalis**
      - Λ in N sequente θ & τ, vt ait Caninius. Eam certè literam nominatim dicit H. Stephanus in hac Dialecto τῷ ν ἀντιστοιχεῖν. vt. φίντατος pro φίλτατος, ἤνθομες pro ἤλθομεν.
      - N in Σ. vt, τύπτομες pro τύπτομεν, in omnibus pluralibus Verborum, desinentibus in μεν.
      - P in K. vt, μικκὸς pro μικρός.
      - **Z in**
        - Δ simplex & duplex. vt ὄρσδω pro ὄρζω, per metathesin τοῦ ῥίζω, Θερίσδειν pro Θερίζειν.
        - ΣΔ. vt, συρίσδω pro συρίζω.
      - **Σ in**
        - T. vt, φατὶ pro φασὶ, τὺ pro σὺ. & in Δ. vt, πέφραδμαι pro πέφρασμαι, ὀδμὴ pro ὀσμή.
        - P. si duplex σσ fuerit. vt, νίζω pro νίσσω, δάζω pro δάσσω, ait Etymologus.
        - Ξ. vt, καθίξας pro καθίσας, quod fit in Futuris & Aoristis primis 4. barytonorum.
- Situs, & ordinis. Ait Plutarchus Doriensium esse literas transponere. vt, ἄρταμις pro ἄρτεμις per hyperthesin. & βόρδιστος pro βράδιστος, κρίνος pro κίρνος, κάρτιρος pro κράτιρος per metathesin.

**B.** Iam vero specialius Doricas proprietates, inprimis quoad finem seu terminationem vocum consideraturi, Partes orationis singulas examinabimus.

- **ARTICVLum: vbi notanda sunt:**
  - Vterque articulus easdem mutationes Doricè recipit cum iis declinationibus nominum, iuxta quas inflectitur: vt, τᾶν μωσᾶν pro τῶν μουσῶν, τὰς pro τὰς, τῶ pro τοῦ, ἁ pro ἡ. &c.
  - Præpositiuus pluralis οἱ & αἱ inuenitur Dorice cum τ, & accentu: vt, τοὶ pro οἱ, ταὶ pro αἱ. τοὶ θεοὶ, pro οἱ θεοί, ταὶ μῶσαι pro αἱ μοῦσαι.
  - Postpositiuus
    - Ὅς Doricè amittit σ: vt ὃ pro ὅς. Apud Theocritum, ὃ περίφλακτος Ἄδωνις. Sic Corinthus Hinc etiam ὅτις pro ὅστις: apud Homerum Odyss. 5. κλῦθι ἄναξ, ὅτις ἐσσί.
    - Ionum more apud Dores quoque per prosthesin acquirit τ, exceptis nominatiuis ὅς & ἡ teste Caninio. τοῦ pro οὗ, τῆς pro ἧς.
  - Compositiuus ὅστις Genitiuum Dorice in ὅτω format: vt, ὅτω pro ὅτου Attice.
- **NOMEN rationes accidentium eius**
  - Speciei
    - Comparatiuæ. Dores per Metaplasmum & ἀντιστοιχίαν iam dictam varia efficiunt comparatiua, pro κρείττων dicunt κρέσσων, pro μείων μήων, pro πλείων πλέων, pro ἥσσον ἆσσον, pro πλέον, πλεῦν. Inprimis autem notanda sunt quædam.
      - Comparatiuorum syllabam penultimam, γι, δι, θι, κι, χι, vel similem Dores in ασ vertunt: vt, ἆσσον pro ἐγγίων, βράσσων pro βραδίων, βάσσων pro βαθίων, γλύσσων pro γλυκίων, πάσσων pro παχίων, θάσσων pro ταχίων, ἐλάσσων pro ἐλαχίων.
      - Οι mutant Dores in ων, interueniente syncope: vt, κάρρων pro κάρτερος, elysa sillaba τε.
      - Ιον in ειν vertunt Dores: vt, βέλτειν pro βέλτιον, quod alij Atticis tribuunt.
    - Denominatiuæ, & Numerales. Dicunt Dorienses τέτορες pro τέσσαρες, εἴκατι pro εἴκοσι, διχθὰ pro διχῆ, τριχθὰ pro τριχῆ, τετραχθὰ pro τετραχῆ. &c.
    - Diminutiuæ. Habent Dores nonnulla peculiaria diminutiua, φιλύτις amiculus, πυρρίχος rufulus, τυτθίχος quantulus.
  - Generis. Nā
    - Substantiuorum nominum genera mutant Dores terminatione vel eadem existente. vt, ἡ τάρταρος pro ὁ τάρταρος, ἡ ἰσθμὸς pro ὁ ἰσθμός: vel diuersa. vt, ὁ φθόγγος pro ἡ φθογγή.
    - Adiectiua
      - Desinentia in ος, communia faciunt Dores. vt, ὁ & ἡ χρυσαῖος, στερρός. Dicunt enim χρυσαῖος pro χρυσαία, στερρὸς pro στερρά.
      - Fœminina in η masculinorum in ος, Dores per α reddunt: vt, καλὰ pro καλή, ἀγαθὰ pro ἀγαθή.
  - Declinationis. Vbi obseruanda est varietas
    - Casuum in declinationibus
      - Simplicium:
        - Prima
          - In singulari numero η Dorice mutatur in α longum: vt, ποιητὰς pro ποιητής, ποιητᾶν pro ποιητήν.
          - Genitiuus singularis Doricè desinit in α: vt, Αἰνεία pro Αἰνείου. Hoc imitatur communis vsus in nominibus maximè propriis. vt, Θωμᾶ pro Θωμοῦ, Πυθαγόρα pro Πυθαγόρου. Hoc ipsum sic eloquitur H. Stephanus: Primæ declinationis nomina in ας, quædam non in ου tatum, sed etiam in α genitiuum habent: quædam in α tantum: vt ἀρχύτας, παγκαλίας, habent ἀρχύτου & ἀρχύτα, παγκαλίου & παγκαλία. Sed Μνᾶς Θωμᾶς &c. solum habent μνᾶ, Θωμᾶ.
          - Datiuo sæpius non subscribunt iota Dores: vt, Αἰνεία pro Αἰνείᾳ, ποιητᾷ pro ποιητῇ.
          - Genitiuus pluralis apud Dores desinit in αν, vt, τᾶν ταμιᾶν pro τῶν ταμιῶν.
          - Datiuus pluralis Dorice desinit in ης vel ησι vel αισι, vt apud Iones: vt, ταμίης, ταμίησι, ταμίαισι pro ταμίαις.
          - Accusatiuos in ας corripiunt Dores, vt in Prosodia dictum est.
        - Secunda:
          - Dores η singularis nomen mutant in α: vt, τιμὰ pro τιμή, τιμὰν pro τιμήν.
          - Genitiui & Datiui singularis η vel α mutant Dores in ω: vt, τᾶς μελίσσας pro τῆς μελίσσης, τᾷ μελίσσᾳ pro τῇ μελίσσῃ. Iota subscripto, vel neglecto.
          - Genitiuus pluralis apud Dores desinit in αν, vt in prima: vt, τᾶν τιμᾶν pro τῶν τιμῶν. In ων etiam, vt apud Ionas. Ait enim Etymologus. Genitiui in ων à rectis in αι, Aeolice quidem habent αων μελισσάων: Dorice autem ᾶν, ψυχᾶν.
          - Datiuus pluralis formatur Dorice, vt in prima declinatione: vt, γεφύραις, γεφύραισι, γεφύρησι, pro γεφύραις.
          - Datiuus pluralis formatur Dorice, vt in prima declinatione: vt, γεφύραις, γεφύραισι, γεφύρησι, pro γεφύραις.
        - Tertia
          - Genitiuus singularis Dorice in ω desinit, vel in οιο: vt, λόγω vel λόγοιο pro λόγου.
          - Nominatiuus pluralis in οι penultimam acuit, vt dictum in Prosodia: vt, φιλοσόφοι pro φιλόσοφοι.
          - Datiuus pluralis Dorice per paragogen acquirit ι: vt, λόγοισι pro λόγοις.
          - Accusatiuus pluralis Dorice in ος vel ως desinit: vt, τὼς λόγως, vel τὸς λόγος pro τοὺς λόγους.
        - Quinta
          - Ex obliquis casibus singularis numeri Dores auferunt δ & τ: vt, πάϊος. πάϊος pro παιδός. χάριος χάριος pro χάριτος. Sic Io. Grammaticus. Hoc alias est Ionū
          - Genitiuum & Dat. singularem formant Dores à nominatiuo, ablato σ. vt, Θόας, Θόα pro Θόαντος: Φόρκυς, τοῦ Φόρκυ, τῷ Φόρκυ pro Φόρκυος, Φόρκυϊ. Ita quoque ἰησοῦς, ἰησοῦ, ἰησοῦ declinatur.
          - Accusatiuum singularem terminant Dores in ι. vt, παῖδι pro παῖδα, in ν item, nominum in υς: vt. βῶν pro βοῦν: & in plurali βῶς pro βοῦς.
          - Vocatiuum quandoque resoluunt Dores. vt, ποσειδᾶον pro πόσειδον.
      - Contractorum, de quibus signo D.
    - Terminationum, quas nouas ex antiquis & vsitatis condunt Dores, exempli gratia.
      - Αξ ex ακις: vt, πάλλαξ pro παλλακίς: vel ex αλος: vt, σάρναξ pro σάρναλος.
      - Ας ex αυς: vt νᾶς pro ναῦς.
      - Η ex ις: vt, δαμάλη pro δαμάλις, φύη pro φύσις.
      - Ιον ex ον: vt κραίνιον pro κρόνον.
      - Ας etiam ablato ο. vt, ἀκυείλας pro ἀκυείλαος, Ionum etiā consuetudine.
- **RELIQVAS partes.** Pronomen sign. E. Verbum sign. F. Participium sign. G. Aduerbium, Præpositionem, Coniunctionem sign. H.

**D**

In Contractis quoque declinationib. Dores suas habent proprietates, in

- **Prima**: Genitiuum singularem Dorienses per ᾶς reddunt: vt Διογένας pro Διογένους, ἄρας pro ἄρους. Alij Doriensibus etiam tribuunt genitiuum primæ simplicium, Διογένα pro Διογένους: vt & Vocatiuum in ε desinentem, quæ alias est Æolum: vt ὦ σώκρατε pro ὦ σώκρατες.
- **Secunda**: Genitiuus singularis apud Dores in ιος desinit: vt, πόλιος pro πόλεως.
- **Tertia**:
  - Omnia in ευς masculina oxytona Doricè & Aeolicè sunt barytona, teste Caninio: vt, βασιλεὺς pro βασιλεύς, Ὀδυσσεὺς pro Ὀδυσσεύς.
  - Genitiuum singularem formant Dores in ῆος, vt in prima & secunda declinatione: vt βασιλῆος, pro βασιλέως: vt idem Caninius obseruat.
  - Datiuos plurales à rectis in ευς efferunt Dores, vt datiuum pluralem primæ declinationis: vt, βασιλέεσι pro βασιλεῦσι. Apud Theocritum, Δωριέεσσι pro Δωριεῦσι (δ' ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι).
- **Quinta**:
  - Dores in obliquis singularis numeri τ sæpius auferunt: vt, κέραος pro κέρατος.
  - Desinentia in ια Doricè sæpius contrahuntur: vt κρῆς pro κρέας.

**E.**

PRONOMINUM Doricas variationes triplex [illegible] speciatim annotabimus:

- **ἐγὼ**:
  - Nominatiuo Doricè, addito νη, habet ἐγώνη. Sin η auferatur, ἐγών & adiecta syllaba γα, ἐγώγα.
  - Genitiuo ἐμεῦ vel μεῦ pro μοῦ.
  - Datiuo ἐμὶν vel μὶν pro ἐμοὶ vel μοί.
  - Nominatiuo & Accusatiuo duali ἄμμε pro νῶ Antesignanus.
  - Nominatiuo Plurali ἁμές vel ἄμμες pro ἡμεῖς. Et sic in reliquis casibus η mutatur Doricè in α: ἁμῶν vel ἀμμῶν, ἁμῖν ἄμμιν. Alij Accusatiuum ἀμὲς faciunt, quem fatetur Caninius se nusquam legisse.
- **σὺ**:
  - Nominatiuo Doricè habet τὺ σ in τ mutato: & addito νη vel γα, τύνη, τύγα.
  - Genitiuo σεῦ, τεῦ, τεοῖο & quod addit Ioan. Grammaticus, σέθεν pro σοῦ.
  - Datiuo, τοί, τὶν & τεΐν pro σοί. Accusatiuo τὺ & τὶ pro σέ.
  - Nominatiuo & Accus. duali ὔμμε pro σφῶ, Antesignanus.
  - Nominat. Plurali ὑμές & ὔμμες pro ὑμεῖς. In cæteris casibus Dores sunt Aeolibus similes ὑμμέων, ὔμμιν, ὔμμε apud Theocritum τάντως κύρσε κὴ ὔμμες [illegible].
- **οὗ**:
  - Genitiuo habet Doricè ἑῦ. In Datiuo σφὶν pro οἱ.
  - Accusatiuo μιν & νιν pro ἑ ducentes à nominatiuo inusitato ἴς pro ὅς, cuius accusatiuus est ἴν & præposito μ vel ν, μιν vel νιν.
  - Nominat. plurali σφεῖς pro σφεῖς. In Accus. ψὲ pro σφᾶς.
- Σός: Mutant hæc Dores σ in τ, & inserunt pro epenthesin ε: vt τεός, τεὰ, τεόν pro σός, σά, σόν.
- Ημέτερος Doricè ἁμέτερος item ἁμός ἁμά ἁμόν pro ἡμέτερος, &c.
- Υμέτερος Doricè ὑμέτερος & ὑμός pro ὑμέτερος, &c.
- Σφέτερος. Doricè σφός σφά σφόν pro σφέτερος, &c.
- Οὗτος. Accusatiuum plurale em [illegible] efferunt Dorienses per τούτως.
- Ἐκεῖνος Dores abijciunt ε, & ει in η vertunt, et in η, dicunt τῆνος, τήνα, τῆνο & τῆνο pro ἐκεῖνος, η, ο. Seruatur nonnunquam ε, teste Etymologo dicitur que κῆνος.
- Αὐτός. Dores, vna cum poetis, vtuntur dictiunculis μὶν, νὶν, & vt vult Hesychius ψὶ, pro αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸ, αὐτὸς, αὐτῆ. Caninius obijcit autem Dorum esse νὶν Aeolum.
- Ἑαυτοῦ: Pro eo dicunt Cretenses αὐσαὸς teste Corintho.

**F.**

VERBORVM Doricas affectiones sigillatim omnes pendenda veniunt, in eorum

- **Temporibus: & horum vel**
  - **Augmento: quod vel**
    - **Detrahitur.** Dores & syllabicum & temporale augmentum è nonnullis verbis submouent: vt apud Pindarum, γέρας ἔδεκτο pro ἐδέχετο: ἆδον & ἆξα pro ᾖδον & ᾖξα, ab ᾄδω cano. Hoc potius mutatione ᾗ η in α, quàm augmenti sublatione factum videtur.
    - **Mutatur: nimirum**
      - Ου augmentum Dores nonnunquam in ω vertunt: vt, ὤτάζον pro οὔτάζον.
      - Ει quorundam verborum, nimirum illorum sedecim quæ ad ε augmenti loco acquirunt iota, Dores veteres vertebant in η: vt, ἧλκον pro εἷλκον, ἦχον pro εἶχον.
      - Perfecti Attici penultimam longam seruant Dores: vt ἐλήλυθα pro ἐλήλυθα. Vide Perfectum.
  - Reliquis omnibus, quæ ad Doricam formationem requiruntur, & proximè post initium vel augmentum verborum occurrunt. vltima scilicet, & penultima. Vide L.
- **Figura.** Concidunt Dores in compositis præpositiones, teste Corintho: vt, ἄντεινον pro ἀνάτεινον, ἀμβολιεργὸς pro ἀναβολιεργὸς, καββαλεῖν pro καταβαλεῖν.
- **Thematibus quæ vel**
  - **Noua fingunt:**
    - A præterito Perfecto Dores noua ducunt themata: vt, τετάχω à τέταχα, verbi τάττω: πεφύκω à πέφυκα: ἀνώγω ab ἄνωγα pro λύω, verbi ἀνάσσω.
    - A Barytonis Dores circumflexa producunt, ait Corinthus: vt, γραφῶ, γραφῶ à γράφω: νομῶ, νομῶ, à νέμω: πιτῶ, πιτῶ, à πίτω.
  - **Characteristicas permutant:**
    - Verbis in ιω & αω veteres Dorienses addunt: vt, ζητιέω pro ζητέω: ψαύω pro ψάω.
    - Quæ in ιω & υω desinunt: Doricè accipiunt ν: vt, πίνω, pro πίω, θύνω pro θύω, παλύνω pro παλύω.
    - Quartæ barytonorum ζ Doricè in δ abit: vt, κωμάσδω pro κωμάζω.

**L.** *Vt autem Tempora Dorica probe cognoscamus, nonnulla communia inter se habent, ut cum α in η, η in α, ω in ου, μεν in μες frequenter mutatur. Quia tamen magis conducet, singulis priuatam propriamque suam varietatem, assignabimus, & considerabimus* GENVS *Verborum*

- ACTIVVM, *eiusque Modum*
  - Indicatiuum & *Tempus*
    - Praesens
      - In *secunda & tertia singulari è diphthongo ει, posteriorem vocalem abijciunt Dores: ut,* τύπτες *pro* τύπτεις, τύπτε *pro* τύπτει.
      - Secundam *circumflexorum contrahunt Dores, non in α, sed in η iota neglecto: ut,* ὁρῆς *pro* ὁρᾷς, βοῆς *pro* βοᾷς. *Hoc imitati sunt Attici in* πεινῆς, διψῆς, ζῆς, *& aliis. E contra in aliis nonnullis η penultimum mutant in α: ut,* φαμὶ *pro* φημὶ, ἵσαμι *pro* ἵσημι.
      - Tertia *singularis verborum in* μι, *Dorice mutat σ in τ: ut,* τίθητι *pro* τίθησι, ἵστητι *pro* ἵστησι, δίδωτι *pro* δίδωσι, ζεύγνυτι *pro* ζεύγνυσι.
      - Prima *pluralis in* μεν *desinens ut & caeterorum omnium temporum, modorum, generum Dorice mutatur in* μες: *ut* τύπτομες *pro* τύπτομεν, ποιοῦμες *pro* ποιοῦμεν, τίθεμες *pro* τίθεμεν.
      - Eadem *prima pluralis ου penultimum mutat Dorice in* ευ: *ut,* ποιεῦμες *pro* ποιοῦμεν, ποιεῦσι *vel* ποιεῦντι *pro* ποιοῦσι. *Sin ου contractum sit verborum in* οω *tunc, ut vult Antesignanus in annotationibus circumflexorum non abit in* ευ: *ut ita pro* χρυσοῦμεν, *non dicamus* χρυσεῦμεν, *quamuis Caninius dicat* χρυσεῦμες *pro* χρυσοῦν.
      - Tertia *pluralis omnium coniugationum Praesentis & Futurorum, Dorice similis est datiuo singulari participij masculini eiusdem generis: ut,* τύπτοντι *pro* τύπτουσι, ποιοῦντι *vel* ποιεῦντι *pro* ποιοῦσι, βοῶντι *pro* βοῶσι, χρυσοῦντι *pro* χρυσοῦσι, τιθέντι *pro* τιθέασι, ἱστάντι *pro* ἱστᾶσι, διδόντι *pro* διδοῦσι, ζευγνύντι *pro* ζευγνῦσι, ἐντὶ *pro* εἰσὶ, φαντὶ *pro* φασί.
      - Verbi *substantiui* εἰμὶ *Dorica formatio nonnulla habet peculiaria. Pro* εἰμὶ *dicunt Dores* ἠμὶ: *pro* εἶς, ἐσσί: *pro* ἐστὶ, ἐντί: *pro* ἐσμὲν, *dicunt* εἶμεν, εἰμὲν *&* εἰμές: *pro* εἰσὶ, *ut iam vidimus* ἐντί.
    - Imperfectum
      - Dores *ου quoque in Imperfecto vertunt in* ευ, *&* μεν *in* μες: *ut* ἐποίευν *pro* ἐποίουν, ἐποιεῦμες *pro* ἐποιοῦμεν, ἐτύπτομες *pro* ἐτύπτομεν, ἐβοεῦμες *pro* ἐβοῶμεν.
      - In *secunda circumflexorum obseruauit Caninius ω in* ευ *contrahi Dorice: ut,* ἠγάπευν *pro* ἠγάπεον, ἠγάπων. *Hoc tamen rarius ait contingere. Contingit etiam ut contractio fiat non in α, sed in η ex αε: ut,* ἔζη *pro* ἔζαε, ἔζα.
      - Tertia *pluralis Imperfecti & Aoristi utriusque Barytonorum formatur Dorice, pro litera ν ponendo σαν: ut,* ἐτύπτοσαν *pro* ἔτυπτον, εἴδοσαν *pro* εἶδον, ἐμάθοσαν *pro* ἔμαθον. *Sic Imperfectum tertia circumflexorum* ἐδολιοῦσαν, ἐδολιοῦσαν *pro* ἐδολίουν, ἐδολίων *à* δολιόω, *dolose ago. Hoc inuenitur in Psalm. 5* ἐδολιοῦσαν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν *linguis suis dolose agebant.*
      - Tertia *pluralis Imperfecti & Aoristi secundi Verborum in* μι *formatur Dorice à prima singulari, ultima longa in breuem mutata: ut,* ἐτίθεν *pro* ἐτίθεσαν, ἐδίδον *pro* ἐδίδοσαν, ἵσταν *pro* ἵστασαν, ἐζεύγνυν *pro* ἐζεύγνυσαν, *ubi υ breue est.*
      - Verbi *substantiui tertiam singularem formant Dores, ν in ς mutato,* ἦς *pro* ἦν *vel* ἦ.
    - Perfectum:
      - Penultima *perfecti Attici, tres syllabas excedentis, apud Dores retinetur longa: ut,* ἐλήλυθα *pro* ἐλήλυθα, *& Poetice* εἰλήλυθα. *Quidam enim inquiunt ει & ο in ει & υ Poetice redundare. Eustathius* πρόσθεσιν *τοῦ* ι *Ionicam esse dicit, τοῦ* ο *Boeoticam*
      - In *nonnullis verbis η mutant Dores in α: ut,* ἕστακα *pro* ἕστηκα, κέκμακα *pro* κέκμηκα *à* κάμνω.
      - Prima *pluralis in* μεν, *Dorice* μες *habet: ut,* τετάχαμες *pro* τετάχαμεν.
      - Tertia *pluralis Dorice terminatur in* αντι: *ut,* τετάχαντι *pro* τετάχασι, ἑστήκαντι *pro* ἑστήκασι, πεποιήκαντι *pro* πεποιήκασι, τετεύχαντι *pro* τετεύχασι.
    - Plusquamperfectum:
      - Prima *& tertia singularis* Dorice *in η desinit. Tertia pluralis in* εσαν, *ut apud Atticos: ut,* ἐτετάχη *pro* ἐτετάχειν *& pro* ἐτετάχει, ἐτετάχεσαν *pro* ἐτετάχεισαν.
      - Prima *pluralis in* μεν Dorice *in* μες *desinit: ut,* ἐτετάχειμες *pro* ἐτετάχειμεν.
    - Aoristum primum:
      - Eandem *cum futuro characteristicam & penultimam* Dorice *habet Aoristus primus: ut,* ἔκλαξα *pro* ἔκλεισα, *à futuro* κλαξῶ: *hinc Imperatiuus* ἀπόκλαξον *exclude:* ἐβάδιξα *pro* ἐβάδισα, *à* βαδιξῶ: ἐβόασα *pro* ἐβόησα *à futuro* βοασῶ, *pro* βοήσω: ἵστασα *pro* ἵστησα, *à* στασῶ *pro* στήσω.
      - Primam *pluralem ut praesentis in* μες, *terminant* Dores: *ut,* ἐτύψαμες *pro* ἐτύψαμεν, *&c.*
      - Tertia *pluralis Barytonorum Dorice desinit in* σαν, *ut in Imperfecto: ut,* ἐτάξασαν *pro* ἔταξαν.
    - Aoristum secundum:
      - Prima *pluralis Dorice in* μες *desinit: ut,* ἐτάγομες *pro* ἐτάγομεν.
      - Tertia *pluralis Barytonorum quidem Dorice in* σαν *desinit: Verborum autem in* μι *à prima singulari formatur, ut in Imperfecto: ut,* ἐτάγοσαν *pro* ἔταγον: ἔθεν *pro* ἔθεσαν, ἔσταν *pro* ἔστησαν, ἔδον *pro* ἔδωσαν, ἔφυν, *ita ut υ corripiatur pro* ἔφυσαν.
    - Futurum primum:
      - Characteristica *litera σ saepe mutatur Dorice in ξ, maxime in 4. Barytonorum vel penitus omittitur: ut,* βαδιξῶ *pro* βαδίσω, καθιξῶ *pro* καθίσω, κλαξῶ *pro* κλείσω, *et in α quoque mutato, à* κλείω ἀγωνιξεῦμαι *pro* ἀγωνίσομαι.
      - Nonnunquam *hoc quoque mutant* Dores *η in α: ut,* βοασῶ *pro* βοήσω, στασῶ *pro* στήσω, δοκασῶ *pro* δοκήσω.
      - In *omni coniugatione futurum primum* Dorice *circumflectitur, ut simile euadat secundo: ut,* τυψῶ *pro* τύψω, ποιησῶ *pro* ποιήσω, δηλωσῶ *pro* δηλώσω, στασῶ *pro* στήσω.
      - Prima *pluralis* Dorice *in* μες *desinit, tertia similis est datiuo singulari participij, in utroque Futuro: ut dictum est in Imperfecto: ut,* τάξομες *pro* τάξομεν: τάξοντι *vel* ταξεῦντι, *vel etiam* ταξιοῦντι *pro* τάξουσι: ταγεῦντι *vel* ταγιοῦντι *pro* ταγοῦσι.
      - Desinentia *in ου* Dores *mutant in* ευ: *ut,* ποιησεῦντι *pro* ποιησοῦντι, δηλωσεῦντι *pro* δηλωσοῦσι.
  - Reliquos: *quorum non minor est quàm Indicatiui varietas. Vide signum M.*
- PASSIVVM *& medium. Vide sign. N.*

*M. In Reliquis*

**M. In Reliquis modis Actiui generis & quidem in**

- **Imperatiuo:**
  - **Præsens**
    - In prima circumflexorum ει mutatur Doricè in η: in tertia autem ει in ω: vt, ποιήτω pro ποιείτω ποιείτω: χρυσώτω pro χρυσούτω χρυσούτω. Sic Verbum εἰμὶ in Imperatiuo habet ἔτω pro ἔστω, tanquam à verbo ἔω.
    - In secunda circumflexorum contractio Doricè fit in η: vt, ζῆ, ζήτω pro ζάε, ζάτω ex ζάε ζαέτω.
    - In Verbis in μι vsurpatur potius à Doriensibus terminatio contracta: vt, τίθει pro τίθετι, ἵστα pro ἵσταθι, δίδοι pro δίδο vel δίδοτι.
  - **Aoristus secundus:**
    - Mutari solet ε in ον exemplo Syracusanorum: vt, λάβον pro λάβε, τύπον pro τύπε.
    - In secunda coniugatione Verborum in μι ponitur α pro η: vt, στᾶθι pro στῆθι.
- **Optatiuo:**
  - Prima pluralis in μεν omnium coniugationum & temporum Doricè in μες desinit: vt, τύπτοιμες pro τύπτοιμεν, ποιοίημες pro ποιοίημεν, &c.
  - Præsens tempus Verborum circumflexorum terminant Dorienses & Aeoles in φην: vt, ποιοίην pro ποιοίμι, χρυσοίην pro χρυσοίμι, βοῴην pro βοῷμι.
  - Aorist. vtriusque tertia pluralis formatur Doricè in σαν, ferè vt Imperfecti Indicatiui: vt, ἔλθοισαν pro ἔλθοιεν, τύψαισαν pro τύψαιεν, ὀλέσαισαν pro ὀλέσαιεν.
- **Coniunctiuo:**
  - Prima pluralis in μεν omnium temporum & coniugationum effertur apud Dores per μες: vt, τύπτωμες pro τύπτωμεν.
  - Tertia pluralis omnium temporum Doricè est datiuo participij similis, vt in Præsenti Indicatiui: vt, τύπτωντι pro τύπτωσι, ποιῶντι pro ποιῶσι, βοῶντι pro βοῶσι, τετύφωντι pro τετύφωσι.
- **Infinitiuo:**
  - Tempora, quæ in ειν desinunt formant Dores tribus diuersis modis: 1. vt Attici in εμεναι: vt, τυπτέμεναι pro τύπτειν, ποιησέμεναι pro ποιήσειν, &c. Ait tamen Etymologus in voce βασκέμεν: καὶ οἱ Δωριεῖς τὸ εἰς ειν ἀπαρέμφατα, διὰ τοῦ εμεν προφέρουσι, γεγάμεν pro γεγονέναι, τιθέμεν pro τιθέναι. Ita certè εἶναι non solum Doricè habet ἔμμεναι, vel vt scribit Corinthus εἴμεναι; sed etiam ἦμεν, ε insuper in η mutato vel ἦμες, si Dorico more in σ abeat. 2. Ex ει diphthongo auferunt iota: vt, τύπτεν pro τύπτειν, τυπεῖν & translato tono τύπεν pro τυπεῖν. 3. Et in η mutant iota vel subscripto vel neglecto vt, τύπτην vel τύπτῃν pro τύπτειν, δραμεῖν pro δραμεῖν, λαβῆν pro λαβεῖν, γελῆν pro γελᾶν.
  - Perfectum in εναι Doricè vt apud Atticos in εμεναι desinit: vt, πεποιηκέμεναι pro πεποιηκέναι, τετυχέμεναι pro τετυχέναι.
